



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

Primvs continet quasi fundamentum præcipuorum Perfectionis
Consiliorvm, omnibus Reipubl. Christianæ statibus communium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

99
435
258
66
29
126
534
376
382
208
469
299

19
468
38
20
36
286
169
326
150
326
163
74
62
713
96
84
209
211
56

R. P.

L V D O V I C I D E
P O N T E , S O C I E T A T I S
I E S V T H E O L O G I ,

D E P E R F E C T I O N E C H R I S T I A N A I N S T A -
t i b u s C o n t i n e n t i a e & R e l i g i o n i s , & C o n s i l i o r u m E u a n g e l i -
c o r u m C u s t o d i a .

T R A C T A T V S P R I M V S ,

E T Q V A S I F V N D A M E N T V M P R A E C I P V O R V M
P E R F E C T I O N I S C O N S I L I O R V M O M N I B V S R E I -
p u b . C h r i s t i a n a e S t a t i b u s c o m m u n i u m .

C A P V T P R I M V M .

V A R I E T A S E T E X C E L L E N T I A E V A N G E L I C O -
r u m C o n s i l i o r u m , & g e n e r a l e s r a t i o n e s a d e o r u m o b s e r v a t i o -
n e m i n d u c e n t e s .



E R F E C T I O N I S C o n s i l i a , q u a e v o c a m u s
E u a n g e l i c a , s u n t o p e r a q u a e d a m v i r t u t i s e x c e l -
l e n t i o r i s , q u a e C h r i s t u s D . N . i n s a c r o s u o E u a n -
g e l i o d o c u i t , v t n o m e n i m p l e r e t , q u o d p r a e d i x i t
I s a i a s . c u m d i x i t : a & v o c a b i t u r n o m e n e i u s C o n s i l i a -
r i u s , & m a g n i c o n s i l i i A n g e l u s ; n u l l u s e n i m v n q u a m
M a g i s t e r f u i t , a u t e r i t , q u i e x c e l s i o r i s p e r f e c t i o -
n i s c o n s i l i a d o c e a t , a t q ; i p s e d o c u i t . Q u a e (S a n c t o
T h o m a s t e s t e) s u n t d u p l i c i a : q u a e d a m v a l d e h e r o i -
c a , q u a e a b i p s a r a d i c e e u e l l u n t m a x i m a c h a r i t a t i s & C h r i s t i a n a e p e r f e c t i o n i s
i m p e d i m e n t a , b c o n c u p i s c e n t i a m s c i l i c e t c a r n i s , c o n c u p i s c e n t i a m o c u l o r u m , &
s u p e r b i a m v i t a e ; h o c e s t , c u p i d i t a t e m s e n s u a l i u m v o l u p t a t u m , d i u i t i a r u m , a c l i -
b e r t a t i s & h o n o r i s s a e c u l i ; h a e e n i m i m p e d i m e n t a i u g u l a t u r a c e x t i n g u u n t u r ,
c a s t i t a t e p e r p e t u a , p a u p e r t a t e , a c r e t u r n o m n i u m r e n u n c i a t i o n e , & i n t e g r a

Definitio
consiliorum
Euangeli-
corum.
Matth. 5.
a Isaiæ 6. 6.
iuxta LXX:

1. 2. 91. 08.
4.
Divisio con-
sil. horum.
b 2. Ioan. 2.
16.

Tom. 3.

A

obedi-

Alia consilia omnibus Christianis communia.

Sunt consilia non præcepta.

c. Mat. 19. 16.

Luce. 18. 18.

Deferre omnia fundamentum est perfectio.

Serm. 61. de Temp.

d. Mat. 19.

12.

c. Mat. 3. 10.

obediencia, & subiectione, quæ Prælati præstatur: & hæc consilia magnum ex votis specialibus, variisque perfectionis legibus, quæ in religiosis Institutis præscribuntur, robur accipiunt. Alia sunt consilia etiam Evangelica, quæ omnibus Christianis, cuiuscumque sint status, possunt esse communia, eò quod partem aliquam trium prædictorum accipiant, qualis est castitas ad certum tempus; renuntiatio aliquarum rerum, ut Eleemolynæ fieri possint, & obedientia, quæ confessarijs, & Spiritus Patribus præstatur in ijs, quæ spectant ad animam. Eiusdem etiam generis sunt consilia semper ambulandi in præsentia Dei, eundem laudandi, gratiasque continuè in omni loco & tempore agendi; cresendi siue proficiendi semper in virtute. Multa item opera penitentia, mortificationis, liberalitatis, & misericordia, orationis vocalis, aut mentalis, frequentia Sacramentorum, & alia innumera in materia omnium virtutum, de quibus in duobus tomis, præcedentibus, & alijs etiam nostris libris est actum. Inter quæ præcipue eminent consilia, quæ Saluator noster in præclaro illo sermone, quem habuit in monte, proposuit. In quo aperiens Sanctissimum os suum ad legis præcepta declaranda, & specialibus Evangelij sui consilijs stabilienda, octo beatitudines, quæ fundamentum iecit, complectentes octo consilia excellentissima perfectioris, ex quibus reliqua oriuntur: quorum breuem hic summam colligemus, præcipua tantum adnotantes veluti fundamenta, ac præludia eorum statuum, qui peculiari obligatione eadem profitentur. Ne autem excellenti adeò perfectione, quæ illa continent, quispiam deturbeat, attendat: propterea consilia appellari, quod noluerit Seruator noster ad eorum observationem nos obstringere, ut ad cælum perueniamus; nec supplicij minas in ea non amplectentes adhibuisse, sed nostræ libertati ea reliquisse, ad eorum exercitationem nos exhortans ob sanctitatem, quam in se continent, & ob alios præstantes fines, paulò inferius indicandos: quemadmodum ipsemet Seruator expressè dixit e principi euidam adolescenti, interroganti, quid boni faciens, vitam æternam possideret: respondit enim: si vis ad vitam ingredi, serua n. mandata. Et cum adolescenti diceret: omnia hæc custodisti a iuuentute mea: quid adhuc mihi desit? adiecit ipse Dominus: si vis perfectus esse, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, Et veni & sequere me. Quibus verbis aperte satis significat, consilium hoc, ac proinde reliqua huic similia, non esse ad vitam æternam consequendam necessaria; sed apriora tantum, ut eis seruatis perfectus quis euadat, & ampliorè in cælo thesaurum obtineat, ipsumque exactius sequatur. Ex quo S. Aug. deducit discrimen inter præceptum & consilium, de hoc enim idem Dominus dixit: qui potest capere, capiat; de illo autem: e omnis arbor, quæ non facit fructum boni, excidatur & in ignem mittatur. Quare qui consilium amplectetur, maiorem quidem gloriam obtinebit; qui autem præceptum fuerit transgressus, nihil

facit

facti poeniteat. grauiſſimam incurtet poenam. Quod S. Ambrosius amplius explicat dicens: praeceptum subditis imponi; consilium amicis dari. Vbi est praeceptum; esse legem; vbi autem consilium esse gratiam. Et legem detertere a culpa: obtinere gratiam; verò impellere virtutis amore, & promissione praemij. Et concludit, duplex ergo est forma mandati, vna praeceptiva, altera voluntaria. Prima obligat & obstringit, secunda tantum exhortatur. Vocatur autem etiam haec forma mandatum, eo quod consilium Euangelicum iudicium sit voluntatis ac desiderij ipsius Domini consulentis, vt quod ipse consilium fiat: & qui illud amplectitur, dicitur etiam obedire, eo quod perfectus obediens non solum exequitur, quod expressa, ac praecipiente voluntate Superior iubet; sed etiam quod insinuat aliquo iudicio, id sibi placitum, si fiat, quamuis nolit ad id praestandum obligare: ideoque quod nostra libertati id relinquat facit, vt maiori cum iucunditate id faciamus: Et, sicut idem S. Augustinus dixit: eo intelligantur esse gratiora, quod magis ostenduntur indebita, & minus obstringunt: quod enim quisque facit sponte sua, non coactè; eo faciendo magis delectatur, cumque non ex necessitate, sed ex amicitia & charitate id oritur, facilius est ac iucundius, eo quod amor delectationem in labore augeat.

§ I.

SED vt ad haec consilia amplectenda afficiamur, subiiciemus hic summam Stationum omnium & causarum, quae possint nos ad id permouere ac prouocare: eas autem reducemus ad tres ordines siue capita, quae scilicet delinuntur ex parte Dei D. N. & ex parte Christi nostri Seruatoris, ac denique ex nostra spiritali, temporalis, & aeterna utilitate.

PRIMUM, quod Deus sit talis, qualis est, inuitat nos, vt omnes vires nostras in eius obsequium intendamus, ita vt in eius gratiam quidquid nobis erit possibile faciamus: siquidem quidquid illud est, modicum & quasi nihil est reputandum, si cum eo conferatur, quod infinita eius bonitas promittetur, iuxta illud Ecclesiasticum: *glorificauit Dominum quantumcunque potuerit: superuolebit enim adhuc*: quia multo plura illi debentur. Et in praecipuo diligendi Deum dicitur: *diliges Dominum Deum tuum ex omnibus viribus tuis*, eo quod omnes illae exigunt ad eum diligendum, qui est amore infinito dignus. A quibus igitur est, non existimare satis tibi esse, vt tantum praecipua obtinere: siquidem vires tuae plura praestare possunt & amplecti etiam consilia, quae ipse inspirat, & ad ea explenda gratiae suae auxilium non negabit, & sic amorem tuum erga eum ostende dicens cum sponsa: *h omnia posuimus nona & vetera, dilecte mi, seruaui tibi: poma vetera fructusque antiqui celerantur illa opera ad quae lex naturalis sui: praeceptis, quae in lege antiqua scripta*

A 2

luit,

Lib. de Vi.
diu.
Dicitur
praeceptum
& consilium.

11

11

S. Tho. 2. 2.
q. 214. a. 5.
ad 4.

Lib. de a.
dulter con.
iugij. c. 4.

I.

Magnitudo
bonitatis

Eccl. 43. 3.
Lu. 10. 27.

h. Gen. 7.
ita Philo.
apud S.
Del Rio.

Anima diligens Deum est velut hortus.

2.

Animo filii non serui nisi Deo seruandū est.

i Luc. 17. 10

Qui sequitur consilia Dei est eius filius.

k Mat. 3. 48

3.
Mulerudo Dei beneficiorum.

unt, inclinat: noua autem poma sunt opera, ad quæ lex Euangelica recentibus suis præceptis & consilijs impellit. Qui autem Deus perfecte diligit, instat est horti multarum arborum, facultatum scilicet, ac virtutum animæ, quæ alia & alia opera proferunt: præfert tamen noua, quæ apud illum maioris sunt æstimationis ac pretii. Et quoniam exiguum reperat amorem, antiqua tantum poma, utpote minus pretiosa, offerre: vult omnia tradere ut in omnibus ipse Deus glorificetur, cuius omnia illa potius sunt quam nostra.

Hinc secunda oritur ratio, eod quod magnus hic Dominus Deus ad imaginem & similitudinem suam nos condiderit: imaginem quidem tribuens cum ipsa natura; extollens verò nos ad præcellentem suam similitudinem ob adoptionem filiorum per suam gratiam. Idque totum cum in finem fecit, ut ipsi cum omnibus, quæ nobis dedit, obsequium præstaremus: non spiritu seruorum, qui quasi coacti agunt; sed spiritu filiorum patri suo valde similiū, ingenue omnia agentium, quæ ad ipsius obsequium spectant. Nam mancipiorum est proprium ea tantum facere, quæ Domini imperant; eod quod timeant eorum iram & supplicia, nisi iussa exequantur: filij autem ulterius progrediuntur, & omnia ea faciunt, quæ parenti suo, etiam non imperanti, grata esse intelligunt. Qui præcepta tantum, & mandata seruant, possunt, ac debent fateri, quod Saluator ipse suos discipulos monuit, dicens: *i cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inuiles sumus: quod debuimus facere fecimus.* At Virgo (ait S. Ambrosius) & qui omnibus, quæ possidet, renunciat propter Christum, plus præstat, quam iubeatur: & hoc nomine iam non erit seruus inutilis; quamuis alio nomine omnes inuiles censeantur, eod quod suis operibus nullum Deo nostro emolumentum adferant, quibus ille non ditescit. Qui autem plura præstant, quam iubeantur, non sunt inuiles serui, sed filij dilectissimi dicendi, qui quidquid possunt in sui parentis obsequium faciunt: & hac ratione imaginem & similitudinem à Deo acceptam perficiunt, ut præcellentem illam ingenuitatem assequantur, ad quam vnigenitus filius nos est exhortatus, postquam multa perfectionis consilia proposuisset, dicens: *k estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est.* Quali dixerit, intuemini celestis vestri Patris perfectionem, tamquam vestra perfectionis exemplar, qui etiam non teneat, alijs benefacere, vult tamen benefacere omnibus.

Ex hac ratione oritur tertia, eaque valde efficax: quoniam Pater hic celestis semper fuit, & nunc est adeo liberalis erga nos, ut non solum ea bona nobis dederit, quæ ad vitæ nostræ conseruationem erant necessaria, sed innumera alia superaddiderit ad nostram recreationem, & indulgentiam, quo ad alimenta, vestes, aliaque sensuum delicias: hac ratione nos impellens, ut sege gratitudinis, contenti non simus, eorum executione, quæ necessaria

sun,

sunt, ut in celum perueniamus; sed multa alia opera obsequij eius causa addamus, eo solo nomine, ut magis ipsi placeamus, dicentes cum Dauide: *Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? vota mea Domino reddam in conspectu omni populi eius, quasi dixerit, non solum quæ mihi præcepit exequar, sed et duas oblationes. & vota ei offeram, dans ei, quod à me ex obligatus, aut obstrictus mihi largitur. Et quemadmodum ipse Dominus hanc suam liberalitatem quotidie erga nos exhibet: ita æquum est, quotidie nos ea liberalitate respondere, quæ prolixa adeo & munifica beneficia sunt digna: præcipue cum, quidquid ei offeramus, verè sit eius, & in que de manu eius accipimus (ut dixit Dauid) ei domus, maiusque ipse nobis confert beneficium cum acceptat, quod offerimus; quàm nostrum sit obsequium, cum aliquid ei damus. Et hoc ipsum extimulare nos meritò debet, ut in eius obsequium sintus effusiores. Hanc rationem cum prima coniunxit S. Basilius, dicens: meditationem amplitudinis Dei, eiusque beneficiorum memoriã, excitare in nobis ingens quoddam, vehemens, constans, & insatiabile desiderium ei placet. Quod si est insatiabile, non erit contentum, si tantum præcepta obseruet; sed, in eis expletis, adhuc esuriet ipsa, sitietque consilia.*

QVOD verò dicemus de præcelso illo Incarnationis beneficio, in quo omnes suæ potentie vires videtur intendisse, cum optimum, & aptissimum nostræ redemptionis medium, quod adhiberi poterat, elegit: *nō sic, inquit, Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, non enim illum dedit ex debito, sed ex gratia & amore, suam in magnitudine huius doni charitatem ostendens. Et ipsemet filius homo factus, nō satis sibi existimauit, quod ad nostram reparationem erat necessarium, ad eã siquidem vel vnica pretiosissimi eius sanguinis gutta suffecisset; sed voluit, (ut dixit Dauid) valde o copiosam apud se nostram esse redemptionem: fecit enim ac perpeffus est innumera alia, quibus amorem suum magis manifestans, obstringeret nos ad præstandum in eius obsequium plus, quàm ad nostram salutem tantum consequendam sufficeret.*

Et hinc est, quod quoniam Magistri excellentia, & exemplum valde impellit ad exequendum & præstandum, quod ipse dicit ac facit; voluerit ipsemet esse Magister huiusmodi consiliorum, & qui prius aperuit ora Prophetarum, ut res minores doceret; nunc *suam aperire, ut præstantiora ac sublimiora doceret, q̄ seruans vinum optimum charitatis & perfectionis Euangelicæ ad vltimum locum. Quam propterea (ait S. Augustinus) prædicauit super excelsum quendam montem: ut ex loci altitudine, Magistri, ipsiusque doctrinæ excellentiam indicaret. Et quoniam exemplum vehementius, quàm verba, mouet: voluit ipsemet cum summa perfectione ea*

1 Psal. 8.
Grati esse
debemus
Deo.

m. Paral.
29.14.

4.
n. Ioan. 3.16
Maxima
dilectio Dei
ex incarnatione
apparet.

o Ps. 7.

5.
Exemplum
impellit.

p. Matt. 5.2
q̄ Ioan. 1.10
Lib. 1. de
Serm. Dom.
in Mont.

consilia seruare, quæ suis proponebat discipulis, seipsum constituens exemplar, quod illi imitarentur, quemadmodum in nocte vltimæ cenæ, post insignem illud opus, quo discipulorum pedes lauit, expressè ostendit, dicens: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis*, lauantes inuicem pedes cum humilitate, & charitate, ceteraque consilia mea amplectentes: hæc enim verba non referuntur ad hoc tantum opus; sed reliqua omnia complectuntur, quæ Dominus hic à die suæ in tugurio Bethlemico natiuitatis, ad vsque expirationem in cruce, eis præbuit; cuius vita fuit vere continuata quædam ac perfectissima præceptorum, omniumque Evangelicorum, consiliorum obseruatio, & cum homines ad se sequendum vocabat, cupiebat vt ipsum in omnium eorum obseruatione imitarentur. Et hunc spiritum Apostolis ac discipulis suis imperciuit: & nunc imperit continuè omnibus perfecti esse cupientibus.

Ioan. 13. 15

Imitari debemus Christum.

6. 4. Reg. 2. 9

Duplex Elias spiritus

Prov. 31. 21

recepta & consilia sunt quasi vestis aut pice.

Ephes. 4. 24

7.

Hoc ipsum duplex ille feruentis *Elias Spiritus* refert; quem, cum ipse in Cælum raperetur, concessit Eliseo, relicto ei pallio, quo se cooperiebat. Spiritus duplex est amor Dei & proximi; opera præcepti & consilii, quæ ab utroque; proueniunt: in quibus Elias præluxit; & per eum discipulus eius Eliseus: uterque enim consilio Castitatis, Paupertatis, Penitentia; reliquæ animarum custodiuit. Multo tamen amplius duplex hic Spiritus in ipso Christo D. N. toto vitæ eius decursu enituit, & cum ad cælos ascendisset, eundem suis discipulis est largitus, cum spiritu Sancto eos repleuit: cuius plenitudo utrumque horum operum genus complectitur cum perfecta Dei & proximi dilectione. In cuius pignus pallium suum, protectionem sibi licet suam & auxilium nobis hic reliquit, quo illi imitemur, induens nos propria sua veste, imitatione scilicet præclaræ vitæ in vtrisque; hisce operibus. Ac propterea de muliere forti, quæ Ecclesiam significat dicitur: *non timebit domus sua a frigoribus nivis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus*. Nec mirum si frigus & glacies valde premar eor, qui veste simplici induuntur: hæc enim, etsi decenter quidem corpus operiat, foueatque; non nihil, non tamen ita si frigus repellit, atque duplex: & qui intra ipsam Ecclesiam latet sibi esse existimaret, quod præcepta custodiret; seruaret is quidem calorem charitatis; sed pateretur interim læpè frigora, ac tepiditate: Datis siquidem magna tepiditas est, quod simplici tantum illa veste velit esse contentus, cum possit illam consiliorum custodia duplicare, quæ charitatis ipsius feruor è fouens, ab illa tepiditatis malacia tueretur, & à capite ad pedes ipsomet Christo perfectaque eius perfectione cooperiret, iuxta illud Apostoli: *in manu nouam hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis*.

SED multò excellior præstantiorque redditur gloriosa hæc, in v-

trique



risque operibus imitatio, ex stupendis præmijs, quæ CHRISTVS ipse D. N. ea exercentibus promisit, quemadmodum præclare ostendit in Parabola illa Samaritani, qui faciens iter, venit secus miserum illum hominem, qui inciderat in latrones, qui illum despoliauerant, & plagis impositis abierant semivivo relicto, ipse vero Samaritanus videns eum, misericordia motus est, & appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit, & altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: curam illius habe: & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Satis hic apparet, pium hunc Samaritanum pro vulnerato illo multo plura præstitisse, quam facere tenebatur; suoque exemplo stabularium inuitasse, suaque promissione exstimulasse, vt & ille multo plus faceret, quam ipse præcepisset. Quamobrem iure optimo Sancti Patres, Samaritanum hunc quod nomen Custodem significat iudicare ac referre aiunt CHRISTVM Dominum Nostrum, omnium hominum custodem; qui eos videns in hoc mundo despoliatos, & semiuiuos, misericordia motus, è caelo descendens appropinquauit nobis per sanctissimam suam incarnationem vniens naturam nostram humanam diuinæ suæ personæ: & quam in mortalem hanc vitam duxit, aliud non fecit, quam saluari doctrina sua peccatoribus mederi; nunc luauis beneuoleque doctrinæ oleo; nunc vino reprehensionis & correctionis asperioris, alligando & reprimendo fluxum vitiorum; imponens humeris sanctissimæ suæ humanitatis onus omnium peccatorum, vt pœnam, quam suis ipsi peccatis erant promeriti, ipse lueret ac persolueret; Et pro omnibus (vt ait S. Ioannes) moriens, & vt filios DEI, qui erant dispersi, congregaret in unum: in Ecclesiam scilicet Catholicam, quæ domus & hospitium est Dei, ad homines excipiendos & continendos. Et cum res hæc toto vitæ suæ tempore fuisset illi curæ vique ad ipsam mortem, altero die, hoc est post suam resurrectionem, protulit duos donarios, duo, scilicet, (vt S. Augustinus ait) præcepta charitatis, duasque promissiones præsentis ac futuræ vitæ: quos denarios ihs tradidit, quos loco sui in mundo relinquebat eos obligans & obstringens ad custodiam horum præceptorum erga DEVM & proximos: simul tamen monuit: si aliquid spontè adijcerent, exercentes opera, quæ tantum essent consilij, qualia multa ipse fecerat, se illis, cum ad iudicandum veniret, redditurum; præmiumque adeo fore copiosum, vt omnem suam operam laboremque impensum benè collocatum existimarent. Qui enim adeo fuit in ipsum ægrotantem liberalis? quomodo non erit talis erga ipsum infirmatum, qui præterea, quæ sibi essent iniuncta, nouas curas ac labores ob ipsius iniungentis amorem ad-

præmia manent imitatoris Christi.
x LUC. 10. 3

Christus varius Samaritanus est.

y ION. 11. 52.

Lib. 2. 97.
Euangelicorum cap. 9.

hibuif

h. buisset; & date (inquit) & dabitur vobis: mensuram bonam & confortam, & cogitatum, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remeietur vobis. Si mensura vestra erit parua, ed quod contenti sitis custodia præceptorum, eadem ratione vobis remeietur: si autem vestra mensura aded erit plena, vt superfluat, ed quod, etiam consilia sequamini, dabitur vobis copiosissima, & iuperfluens gloriæ mensura. Laxa itaq; tuorum operum mensuram: & laxabit Deus mensuram suorum præmiorum a Non lit(ait Ecclesiasticus) porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta: si enim tu manum comprimis, ne Deo tradas, quod ipse consulit, cõtrahet ille suam, in reddendo præmio, quod tibi offeredat: quod si manum tuam extenderis, vt, vltra ea, quæ tibi præcipit, ei offeras; aperiet & ille suam, vt æternâ suâ valdeq; copiosè benedictio te repleat.

8.

NE autem existimes, mensuram hanc mercedis & præmij totam differri in vitam futuram, etiam venit dulcissimus hic Samaritanus ad visitandos eos, qui duos denarios ab ipso acceperant, quos si videat ad sequenda ipsius consilia excitatos, etiam hic, paratâ, vt dicitur, pecuniâ, copiosa largitur præmia, reddens eis centuplum. Id quod expressè ac prolixè se facturum protestatur, ac promittit, vt & ijs quæ dicenda sunt, apparet, cum agemus de consilijs Castitatis, Paupertatis, ac Religionis. Vt enim S. Hieronymus ait, maioris est mercedis, quod non cogitur & offertur: maior, inquam, merces debetur offerenti quod non iubetur offerre; ed quod in ipsa oblatione maiorem ostendat erga eum, cui illud offert, amorem ac dilectionem. Quamobrem cum CHRISTVS D. N. actus illos octo, gradusque perfectionis prædicauit, in quibus multa continentur ex solo consilio præclarissima eis coniunxit præmia; compellans primum beatos eos, qui ea consilia amplecterentur; & specialia singulis assignans præmia: quæ (vt S. Ambrosius ait) plenè reddentur in gloria; & (vt ait S. Augustinus) etiam dantur in hac vita, vt homines ad perseuerandum animentur, & ad progrediendum in exercendis operibus, per quæ illa obtinentur. Gratias tibi ago, liberalissime redemptor, ob admiranda, & præclarissima consilia nobis data: vt occasionem & opportunitatem habeam plurima lucrandi, & nihil amittendi: cum liceat illa absque punitione omittere; quæ tamen si puæstem, ingentia obtineam præmia.

Multa præmia manent multa facientibus.

a Eccl. 4. 36.

In vita dat Deus quos, præmia.

Epist. 2. ad Eustochium.

Matth. 5.

Lib. 5. in Luc. c. 6.
Lib. 3. de Serm. Dom. in Monte.
S. Tho. 1. 2. q. 4. 2.

CAPVT II.

EVANGELICORVM CONSILIORVM CVSTODIAM

Magnas ad nostram perfectionem spirituales utilitates adferre.

ALIA etiam rationes predictis non minus efficaces nos ad Evangelicorum consiliorum custodiam inuitant, ex eo capite, quod propriam nostram perfectionem concernit, ad quam ipsa natura bene constituta & ordinata, ipseque hominis Christiani status valde inclinatur.

Nemo enim est, qui non sibi honori ducat, quod sit in suo statu, & officio perfectus. Et (vt Cassianus ait) miserum est, cuiuslibet artis ac studij disciplinam quempiam profiteri, & ad perfectionem eius minimè peruenire. Ac proinde miserum quoque esset, quòd homines magnifaciant, quòd sint perfecti in officijs Reipublice, quòd ipsis incumbunt: & Iudex, & Aduocatus, Artifaber, & Pictor honorem sibi tribuant, quòd in suo officio & arte excellent; solus verò Christianus non tribuat sibi honori, quòd sit Christianus perfectus. Speciatim autem tenetur, vt talis sit studere, & contendere, vt suo loco diximus; qui tamen, nisi aliqua Evangelica consilia custodiat, talis non poterit euadere. Pro cuius explicatione est aduertendum: substantialem vitæ Christianæ perfectionem (vt Angelicus Doctor docet) consistere in charitate ac duobus eius præceptis, dilectionis Dei & proximi: reliqua autem præcepta & consilia esse quasi instrumeta & media, ad conseruandam & augendam ipsam charitatem, quam Sanctus Apostolus dicit esse a *finem præcepti*, omnium scilicet præceptorum: ideoq; omnes ad hanc perfectionem tendunt quamvis diuersis modis ac rationibus. Reliqua enim præcepta sunt veluti media ad remouenda impedimenta charitati cõtraria, cum quibus illa non possit conseruari. Quare omnia in vniuersum peccata rectè tendunt contra aliquod præceptum. Et cū materia est grauis, peccatum est lethale, quod prorsus destruit charitatem; quando autem materia leuis est, aut qui peccat parum attendit, quid faciat, culpa est vgnialis: quæ charitatem non extinguit quidem, sed maculat, ac defædat, donec remittatur. Consilia autem sunt media ad remouenda impedimenta feruoris ipsius charitatis; & præstantium eius exercitiorum, etiam si ipsi charitati aliàs non aduersentur. Nam castitas perpetua obicem remouet, quem adfert matrimonium, ne quis plenè diuino seruitio se micipet; quamuis enim ipsa matrimonij actio nõ sit culpa qua fæderetur charitas: est tamen imperfectio impediens maiorem eius puritatè & feruorem. Quam ob rem etiam ipsis coniugatis est consilium perfectionis, *abstinere ad tempus, vt vacent orationi*; aut conatum aliquem maiorem adhibere in seruitio diuino. Ex quo prouenit, vt quamuis Deus D. N. vt pote valde liberalis, omnia Iustorum opera remuneret, siue præcepta, siue tantum ex consilio; ac proinde omnia sint illis vtilia, si quidem per omnia illa

I.
collat. 19.
cap. 5.

22
22
22

Tom. 1
Tract. 2
cap. 5. & 6.
2. 2. q. 184.
n. 3.

2. Ti. 1. 5.
Finis præcepti est charitas.

Peccatum veniale fædat charitatem.
Castitas obicem matrimonij remouet.
b. 1. Cor. 7. 5

vitam æternam promerentur: nihilominus tamen hoc dicimus, opera quæ sunt ex consilio maioris esse utilitatis & meriti, quatenus etiam includit ea quæ sunt ex præcepto; & aliquam illis excellentiam addunt. Qui enim facit quod Deus suadet, præstabit sine dubio melius, quod idem iubet, propterea enim, quod ille suadet, hic præstat: ut benè faciat quod iubet.

2.

*Antemurale
lo præcep-
torum est
consiliorum
custodia
c Isaia: 6. 1.
d Cant. 3. 9.*

*c. Matt. 5.
34. 37.
Non iurans
est remotus
a periurio*

Hinc igitur alia oritur ratio, quæ valde extimulat ad Euangelicorum consiliorum custodiam, eò quod valde sint efficacia media ad ipsa præcepta melius custodienda, & securiorem reddendam nostram saluationem. In eum enim finè Christus D. N. ea proposuit, ac docuit: ita muniens & fortificans ciuitatem Ecclesiæ suæ, apponens illi (vt ait Isaias) *c murum præceptorum, & antemurale consiliorum*, ac propterea in canticis de ea dixit Sponsus: *d si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea*: quasi super ipsa præcepta erigatur celsitudo consiliorum Euangelicorum; quæ simul & propugnent ciuitatem, & venustorem ac pulchriorem reddant. Ecclesiæ murus est præceptum: v.g. non iurandi per nomen Dei in vanum: sed ad maiorem eius custodiæ securitatem additur antemurale, siue propugnaculum argenteum consilij *c non iurandi omnino, sed vt sermo noster sit: est, est; non, non.* Qui enim assuecit & afficitur ad non iurandum, remotior erit à periurio; & securiorem reddet suum in cælum ingressum, eò quod procul recedat à culpa illum impediente. Et, vt paulo post videlicet imus, ipsamet præcepta quasdam secum circumstantias adferunt: quæ, nisi aliquid de consilio addatur, seruari non possunt: quo tamen addito, facilius custodiuntur.

3.

Cant. 7. 13

*Solo præ-
cepto obli-
gante sunt
otiose vir-
tutes.*

His accedit, quod ipsamet virtutes suspirant, valde quæ oprant hæc ipsa consiliorum opera, ad proprium ornatum & perfectionem; & ne ociosæ maneat, sed *f novos & antiquos fructus proferant.* Quamuis enim verum sit; præcepta, quæ negatiua vocantur, obligare semper & vbique; ac propterea necesse sit, virtutes semper vigilare, ne quid, quod illis aduerfetur, aut culpam vllam admittant: affirmatiua tamen non semper, sed certis temporibus, & raris quibusdam casibus obligant: ideoque virtutes reliquo tempore, alijsque occasionibus, quibus ipsa præcepta non obligant, essent quodammodo otiosæ; nisi ea, quæ sunt consilij, præstarent. Si enim præceptum Eleemosynæ faciendæ solùm obligat in extremis aut grauibus eorum, quibus faciendæ est necessitatibus: cum hæc rarò admodum eueniant, diu esset misericordiæ virtus otiosa: nisi consilium sequeretur, Eleemosynam dandi, etiam cum necessitates sunt leuiores. Et si præceptum Confessionis, & Communionis semel tantum in anno obliget: quam esset Religionis virtus otiosa, quæ in diurno adeo tempore vel vnico solo actu esset contenta? cum igitur virtutes tantam possint operum & actionum varietatem efficere; rectum est, huic earum propensione annuere, vt copiosiores

fructus

fructus proferant; sicutque tanquam *g arbores paradisi* recentes semper fructu bonorum operum *fferentes*, quamuis præceptum ad ea semper non obliget; non decet itaque Christianum virtutes habere in eo sterilitatis gradu, quo erant, cum dixit Isaias: *h apprehendens septem mulieres virum unum in die illa, dicentes: aufer opprobrium nostrum, quod S. Hieronymus explicat, quasi gratia & virtutes ante Messia aduentum essent ferè infames & contemptæ, & viduam instar non gignentium filios operum feruentium; ideoque optantium Saluatoris ipsius aduentum, qui faceret eas votorum suorum compositas; & notam illam, opprobriumque sterilitatis remoueret. Ideoque cum ipsæ verè omnes simul se in eo coniunxerunt, vt idem Isaias dixit: in quo fuerunt omnes venerandæ, & fœcundæ, producentes clarissima opera, viamque sternentes, vt in omnibus eius discipulis eundem honorem ac fœcunditatem haberent: quod optabat Apostolus Colossensibus, cum illis dixit: *vt ambuletis digne Deo oper omnia placentes; in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei.* O Domine Deus virtutum, gratias tibi, quod ita illas honoraueris, ac fœcundaueris in dilecti filij Dei humanitate! Cum igitur *ille* sit vitis, & nos palmites, adiua nos, vt fructus tali vite dignos, & ijs, quos ipse protulit, valde similes proferamus: amputa, quæ in nobis superflua sunt, & *omnem, qui fert fructum* in obseruatione præceptorum, *purga, vt fructuum plus afferat*, etiam in obseruatione consiliorum.*

Hic fuit semper Spiritus Sanctorum, qui diuinæ huius vitis palmites fuerunt, in omnibus ætatibus & sæculis præteritis, & ipsis Dei præceptis alia semper multa sponte sua addiderunt, ex ingenti eidem seruiendi studio, ac desiderio. Neque in suis officijs contenti erant, quod id tantum facerent, ad quod ex iustitia tenebantur; sed multa ex gratia & sponte sua præstabant, vt exactius ac perfectius facerent, quod officij ratio postulabat. Imò propterea Deus nosse noluit eos ad omnia illa præcepto suo obligare, vt liceret ipsis amorem & affectum ad virtutem proderet: exercentes tales actiones, ipsius tantum Dei intuitu & gratia. Nam (vt S. Augustinus ait) ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causâ dilectionis impendimus. Hæc laus est & gloria, de qua Sanctus Apostolus gloriabatur, cum parum sibi esse existimabat, quod Euangelium prædicaret, sicut alij Apostoli, qui sustentationem accipiebant ab ijs, quibus prædicabant: sed ipse proprijs manibus laborans, quæ sibi & alijs suis socijs necessaria erant comparabat: vt cum maiori libertate Euangelium prædicaret. *m Ego, inquit, nullo horum vsus sum. bonum est enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet, ex eo prouenientem quod gratis ego & sponte ac liberè laborem. Nam etsi Euangeli-*

g Apocal.
2.2.

h Isai. 4.1.

ibidem,

i Isai. 11.2.

k Colos. 1.
10.Christus
vixit vna.
l Ioan. 15.2.

4.

Lib. 1. de a-
dulcerinis
coniugijs.m 1. Corin.
9.15.

uero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: va enim mihi est, si non Euangelizauero. Quod si predicarem sicut ceteri, non promererem specialem hanc gloriam & premium, quod mihi nunc comparo; quia, quod predicem est mihi preceptum; & va mihi, nisi faciam: sed non accepta sustentatione idem purius & prestantius facio; ac propterea maiorem gloriam & mercedem habebo.

Hæc dicens S. Apostolus: præclaram aliam rationem insinuat, quæ nos merito ad hæc consilij opera exercenda permouere debeat; quia scilicet maioris sunt ædificationis toti Ecclesiæ, & populo Christiano; ac proinde maior ex eis Dei gloria accrescit. Quamuis enim magnæ sit ædificationis, quod omnes in suis statibus & officijs id faciant, ad quod tenentur, multo tamen amplius ædificant, cum aliquid ultra id, ad quod tenentur, præstant; quod absq; culpa & nota aliqua omittere possent; sed faciunt tamen illa ex feruore & zelo, quem habent, quemadmodum aqua, dum feruet, ultra id, quod eius natura requirit, eleuatur. Valde hoc ipsum cõfirmat insigne illud opus Magdalene, quod non ex præcepto, sed ex feruore spiritus, non accepit alabastrum unguenti preciosi, quod effudit super caput ipsius Saluatoris; qui egregium illud opus approbans, dixit: *Ubi cumq; predicatum fuerit Euangelium in toto mundo, tanquam insigne opus fore laudandum.* Et quemadmodum odoratus tota impleta est tunc ex odore illius unguenti: ita Ecclesia tota repletur odore suauissimo operum, quæ fiunt ex consilio, & procedunt ex aded feruentiamore.

6. DENIQUE, quoniam omnis nostra felicitas in eo consistit, ut voluntatem ipsius Dei cum perfecta obedientia exequamur: in nulla re alia aded illam manifestamus, atq; in consiliorum eius obseruatione: iuxta illud, quod Apostolus scripsit Philemoni: *pro confidens in obedientia tua scripsi tibi, sciens quoniam es super id, quod dico, facies.* Hunc obedientiæ modum voluit Christus D. N. nobis esse commendatum, cum præcepta & consilia hæc proponens, toties verbum illud repetebat: *quæ ego autem dico vobis*, quibus insinuat causas & motiua; ipsi in omnibus, quæ dicebat, obediendi. Et quoniam ipse simul erat Deus & homo; conditor, & Redemptor hominum utrumq; complectitur verbum illud Ego, quasi diceret: Ego Deus vester, & conditor vester, hoc dico vobis creaturis meis: Ego vester Dominus, & Pater vester dico vobis, qui mei estis serui; & quos filios habere cupio; Ego redemptor vester vobis, quos mei sanguinis precio redemi; Ego Magister & protector vester, qui horum exemplum vobis dedi; sum que omnipotens, ad vos iuuandos in eorum executione; Ego vester benefactor infinitus, vester remunerator, & ipsum æternum premium, qui vos innumeris beneficijs deuinctos & obstrictos habeo, & immensa vobis præmia offero: Ego, ego hæc vobis mando & consulo; non mei, sed vestri commodi causa; ob

quietem

5.
Consilio.
rum obser-
uatio auget
Dei gloriam

Mat. 26. 7

Ioan. 12. 3

Ad Phi-
lem. vers. 21

Mat. 5.
23. & alijs.

bona Dei
nobis præ-
stita.

quietem vestram, & perfectionem; & vt vestram fœlicitatem in hac & futura vita consequamini: quæ amobrem, agite, amplectimini, quæ vobis dico, & ipsa experientia discetis, verum esse, quod offero.

AUDI igitur, mi frater, quæ tibi hic dicit Saluator: & vt opere exequaris, stude, magnoq; conatu contende, eas virtutes exercere, in quibus magis eminent opera consiliorum supra præcepta: quas cum Propheta possumus ad septem præcipuas reuocare. *Prima est Charitas*: quæ omnium est Regina, & quæ talis est, iubet eas omnes suas vires intendere in proprijs suis actionibus. Nam amor, & dilectio Dei non scit continere se; & terminos ac limites tibi constituere in agendis & perferendis, quæ potest dilecti sui causa; & quæ exequi optat, quod ei maximè placet: etiam si id ille nõ iubet, atq; si expressè iuberet. Et cum fecerit, quidquid potuit, modicum id, & quasi nihilum reputat; & si plura potuisset, plura etiam præstitisset. *Charitatem sequitur virtus Religionis* ac pietatis, cuius est debitum Deo honorem & cultum promptissime reddere; nec satiatur vnquam eum honorando, quocumque modo potest, varijs orationibus, hymnis, psalmis; assistendo sacro Missæ, ac diuinis officijs; aut mysteria diuina meditando, affectibus Reuerentiæ, & profundæ humilitatis, valde feruentibus. *Tertia virtus est Gratitude*, cuius munus est, Deo & hominibus, ob accepta ab eis beneficia, gratias agere. Nec vt S. Thomas perpendit, satis habet, quod tantundem reddat, quantum accepit; id enim est quasi ex iustitia debitum; sed studet, si possit, multo plura reddere ob gratitudinem de accepto beneficio. Quare, cum id, quod à Deo accipit, sit infinitum; nunquam defatigatur, neque desistit facere quidquid potest ultra id, quod præcipitur; vt gratitudinis legibus plenius satisfaciatur. *Quartum locum tenet misericordia*, quæ omnium hominum miserijs compatitur. Et, quando illa perfecta est, nullum aliud expectat præceptum, quam proximi necessitatem, & propriam facultatem, nam statim atq; proximi occurrit necessitas siue corporis, siue animæ, tenerescit, & ad illam reparandam pro viribus suis se accingit. Sed vterius aliquanto progreditur *liberalitas* & magnificentia, quæ valde delectatur beneficiendo omnibus, etiam qui aliqua necessitate non premuntur: r̄ *beatius existimans dare, quam accipere*: ideoque cum aliquid habet, statim, atque opportunitatē videt, gratificatur suis proximis; donaque offert Deo ac seruis eius. *Sexta virtus est, penitentia*, cuius perfectio nõ se cõtinet inter opera obligatoria, quibus pro suis peccatis plenè satisfaciatur; sed, licet sciret, omnia sibi esse dimissa, & pro eis se reddidisse, quod debebat; addit tamen alias multas, vt in se vleiscatur iniurias Deo illatas; & sic domet carnem suam, & spiritui subijciat, & hac ratione à recidiua se se præseruet; & ira vigilijs, abstinentiis, disciplinis, alijsque varijs mortificationibus studet, se quotidie magis locupletare. *Vltima virtus est obedientia*,

Septem virtutes præcipuas.

1. Charitas regina Virtutum.

2. Pietas tribuit honorem Deo.

3. Gratitude. 2. 2. 9. 166. n. 6.

4. Misericordia miserijs compatitur.

5. Liberalitas. 1. Act. 20. 35.

6. Satisfactio pro peccatis.

7. Obedientia.

quæ cæteras virtutes menti inferit, eam impellens ad obediendum in quamcumque materia, non solum quando expressum adest Domini præceptum; sed etiam cum eiusdem voluntatis aliquod habet indicium: talia autem indicia sunt consilia, quæ ipse proposuit, & occultæ Spiritus Sancti inspirationes, quibus electos suos permouet, & excitat, ut quotidie crescant de virtute in virtutem, donec in omnibus perfecti euadant. Quod si talis esse desideras, magno honori tibi tribues, quod ad eum sis Deo tuo obediens, ut illam eius voluntatem semper facias, quam Sanctus Apostolus vocat, non solum *bonam*, sed etiam *bene placentem & perfectam*, quæ id quod melius ac perfectius est, respicit: adeoque appetes huius Deo tuo exhibendæ Obedientiæ cibum, ut multo plura semper facias, quam ille iubeat; & cum consilij opera tibi inspirauerit, eam inspirationem amplecteris, eod quod indicium sit diuinæ eius voluntatis, quæ quodammodo rogat & precatur, quod potuisset iubere; ut tuæ obedientiæ perfectionem, id præstado, magis manifestes; maiorque tibi sequatur gloria ex eo, quod ita feceris. Attende autem, licet verum sit, quod Ecclesiasticus dixit: *nihil dulcius esse, quam respicere in mandatis Domini*, & ea exequi, tamen etiam verissimum, quod Salomon dixit: *ut Sicut unguento & variis odoribus delectatur cor, ita bonis amicis non solum animam dulcorari*. Cum autem nullus sit melior amicus, quam Deus; nec vllus plura amicitia indicia & opera nobis exhibeat, quam Christus: ideo nulla consilia animam nostram magis afficiunt ac dulcorant, quam ipsius; quæ si custodieris, delibabis huiusmodi dulcedinē, quæ non erit exigua obedientiæ tuæ merces.

CAPVT III.

CONSILIA PERFECTIONIS, QUÆ AD MODVM

Præcepta seruandi spectant meliorem semper preferendo.

ANHELANTE & aspirante iam corde ad Euangelica consilia amplectenda, ab ijs incipiamus, quæ annexa omnino sunt custodiæ ipsorum præceptorum. Hæc enim duo semper complectuntur: alterum, quod est ipsius præcepti substantia, & ad integram eius custodiam obligat: quam qui transgreditur, culpam maculatur, ac debitæ pænæ subijcitur, quam lex ipsa minatur; alterum pertinet ad modum & rationem eius custodiæ: in qua varij gradus esse possunt, alij alijs præstantiores; quamuis autem nullus teneatur ad optimum eligendum; cupidus tamen perfectionis illum merito deligere deberet: ita ut simul & quod præcipitur, & quod consulitur facias, *amulando* semper (ut ait Apostolus) *charismata meliora*, & excellentiorē tenendo viam, & studendo (ut ait Ecclesiasticus) *in omnibus operibus tuis præcellens esse*. Hoc autem obtinebis, si subiectas regulas & consilia seruaueris.

Et quidem primum, tanquam reliquorum fundamentum esto, ut studeas, quoad poteris, præcepta in eo gradu ac dispositione custodire, ut finem

(Rom. 12. 2.

Inspiratio-
nes diuina
sunt signa
voluntatis
eius.

Eccl. 23. 17

u Pro. 27. 9.

Præcepti
substantia
pænâ hâ
bet.

a 1. Co. 12. 31

Ec. 33. 3.

¶

qb-

obtinere possis, ad quem illa diriguntur; tam vltimum, qui est salus & vita æterna; quam huius vitæ, qui est Sanctitas, & charitas, & vnio cum Deo. Si enim lethali peccato sis obnoxius; licebit quidem, (vt ait S. Thomas) præcepta implere audiendi Sacrum, ieiunandi, honorandi parentes, & alia similia; sed propter huiusmodi custodiam præceptorum non promeris vitæ æternam; nec talia opera sufficientes dispositiones sunt ad obtinendâ charitatē. Optimum ergo consilium, ad eadem præcepta perfectè implenda, erit, detestari lethale peccatum, in quo hæres; illudque aliquo perfectæ contritionis dolore abolere; dirigendo ipsam præcepti obseruantiam ad ipsiusmet charitatis finē, iuxta illud Apostoli: *omnia vestra in charitate fiant*; In statu sc. charitatis, & in finē eiusdem; & (quod adhuc excellentius est) etiâ actuali charitate, ita vt ipsa præcepta comiter, actibus dilectionis Dei. Et ob eâ causam, ait idem Sanctus Thomas, duo illa dilectionis Dei, & proximi præcepta, non esse in decem Decalogi præceptis numerata: vt intelligantur, ita in reliquis contineri, vt eorum sint quasi principium & finis. Meritò enim omnia à radice amoris nasci & eundē conseruare, & augere, & tanquam finem suum respicere debent, imò & cum amore seruanda & implenda sunt: & tunc bene custodientur, iuxta S. Augustini sententiam *Sicentis*: breue tibi datur amorem præceptum: *dilige & fac quod vis*: modò omnia cum amore facias.

Ex hoc consilio oritur *secundum*, hoc est præcepta cum ea diligentia esse implenda, vt, quoad fieri possit, similis & conformis sis exemplari ac regulæ in eis positæ, quæ exprimitur verbo illo: *Sicut*, quæ in Sacro Euangelio frequens est valde. Quare si cupias perfectè explere præceptum diligendi proximos: in duo eiusdem exemplaria oculos conijcere debes. Alterum est legis naturalis, iubentis proximos diligere sicut te ipsum; alterum Evangelicæ præcipientis eosdem diligere, sicut Christus eos dilexit; ita vt duplicem hanc dilectionem tanquam regulam & amissim tuæ dilectionis adhibeas cum eâ perfectione, quam inferius Cap. 5. ponemus. Quod si coniugati velint suas obligationes excellenter explere: debent exemplar sequi ab Apostolo propositum, dicente: *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam; & mulieres subiectæ sint viris suis in omnibus, sicut Ecclesia subiecta est Christo: eum in modum, quem tunc secundo proposuimus*. Feruentes autē altissimæ perfectionis cupientes ad tria eius exemplaria respicere debent, quæ Sanctum Euangelium indicat, vt studeant e *perfecti*, & *misericordes esse*, quemadmodum est *Pater noster celestis*; *g voluntatem Dei in terra facere*, sicut *fit in celo*; & coniunctionem h *vnionemq;* mutuam cum alijs habere, sicut *Pater æternus & filius eius vniti sunt inter se*. Quamuis autem ad tantam perfectionem cum æqualitate peruenire sit impossibile, vult tamen ipse D. N. electos suos aspirare ad maximâ similitudinē, quæ illis erit possibilis, absq;

Homo in peccato mortali nihil meretur.

1. 2. q. 100. art. 10.

c. 1. Cor. 16. 14.

22. q. 44. ar. 1. ad 3. & 1-2. q. 100. art. 3. ad 1.

Tract. 7. in Epist. Iohann.

2. Charitatis perfecta ratio.

d Epist. 5. 24.

Tract. 5. c. 4.

e Mat. 5. 48.

f Luc. 6. 36.

g Matt. 16. 10.

h Iohann. 17. 21.

vlllo

2. 7. q. 154.
a. 3.

*Perfectio
ab/que li-
mite esse
debet.*

i. *Matth. 5. 6.*

k. *Eccles. 24.*

19.

l. *Prou. 30.*

16.

3.

*Omnia ad
gloriam Dei
facienda.*

m. *1. Cor. 10.*

31.

2. 2. q. 103.

art. 3.

*Præcepta
quasi libere
explenda
sunt.*

villo limite, aut mensura; quæ (teste Sancto Thoma) nunquam in ipso fine, sed in medijs adhiberi debet. Et quemadmodum medicus intendere debet perfectissimam, quam poterit infirmo sanitatem: licet terminû & mensuram ponat in pharmacis & antidotis iuxta proportionem sanitatis, quam intendit: ita nullum limitem præscribere tibi debes perfectionis, quam intendis; siquidem nullum talem voluit, ut tibi proponas, qui te, ad imitandû exemplar infinitè perfectum, extimulat: licet medijs ad eam perueniendi moderatio hæc & mensura adhiberi possit, iuxta cuiusque capacitatem & talenta. Ex quo fit, ut modus excellentissimus implendi præcepta complectatur affectum, ac desiderium interius incomparabiliter superans ipsum opus: nam faciens illud cum omni, quâ possis perfectione, desiderare debes multo perfectius illud facere, quàm re ipsa possis. quasi diceret: o si possem opus hoc hic in terra perficere, sicut Angeli illud in cælo fecerunt. Et hoc est, quod Christus Dominus dixit, *i esurre & sive iustitiam*: ita ut quemadmodum Ecclesiasticus dixit, *edens, adhuc esurius; & bibens, adhuc sitis*: sitque eiusmodi sitis, ut Sanctus Basiliius dixit, affectus quidam ac desiderium insatiabile, quod quemadmodum *l ignis nunquam dicit: sufficit.*

SED quoniam hoc consiliû valde est generale, applicemus nunc illud ad alia particularia, quæ ab eo oriuntur, sit *igitur: regium*; ut præceptum impleas cum actuali intentione gloriæ & honoris ipsius Dei, in eo quod facis: ita ut non facias, quod iuberis, aliquo fine malo: hoc enim esset præcepto vni parere, cum alterius transgressione. Nam, si factum audias, aut ieiunes, ut laudes humanas quæras; licet præceptum Ecclesiæ impleas: humilitatis tamen, rectæque intentionis in actione tua habendæ præceptum transgredieris: nec esse debes contentus qualicumque intentionis bonitate; sed optima & excellentissima, qualem Sanctus Apostolus expressit, cum dixit: *in sive manducatis, sive bibitis, sive quid aliud facitis: omnia in gloriam Dei facite*; & ut illi maxime placeatis & pareatis: nam etiam intentio ipsiusmet obedientiæ est altissima, cum scilicet aliquid fit, ut voluntati diuinæ obediatur. Nam (ut ait S. Thomas) reliquarum virtutum opera, etiam ipsum Martyrium, eo plus apud Deum promerentur, quo magis fiunt ad implendam diuinam voluntatem, quæ suprema est regula omnium voluntatum & operum liberorum. Sed cum hæc Dei voluntas præcepta & consilia complectatur, non erit suprema intentio, præceptis, quâ talia sunt, obtemperare; sed maius erit amoris indicium, ea cum spiritus libertate implere, atque si tantum fuissent consilia hoc est, cum hac cordis dispositione, quod licet non præcepta, sed consilia tantum fuissent, ea voluisses implere, hoc solo nomine, ut ipsi Deo placeres, & idem glorificaretur; dicens ex toto corde tuo: quamuis non adesset præceptum Castitatis & patientiæ, ego hæc magnâ animi mei voluptate

feruorem,

servarem, vt Deus glorificaretur, & illi placerem, sciens hoc ipsi gratum & acceptum esse. Et hic sensus est illius Apostoli sententiæ, n. *Lex Iusto non est posita*: eò quod Iusto ipsa Dei gloria, & quod intelligit eius esse voluntatis, sit tanquam lex: nam etiam non iustus, id fecisset: Et quamuis proprium sit præcepti & legis minis & pœnis vrgere executionem, Iustus non indiget huiusmodi legibus, eò quod sponte & promptè faciet, quod illæ præteribunt. Et quamuis hæc videatur excellens perfectio: est tamen multis Iustis valde frequens, ieiunant enim, & Sacris intersunt diebus, quibus ex præcepto tenentur, cum ea dispositione, quod etiam si præceptum non fuisset, æquè eadè ipsi præstitissent. Et hanc ob causam (vt postea dicitur) licet illis, iuramentis & votis se obstringere, ad præcepta Dei custodienda, cum eo animi decreto, quod licet non fuissent præcepta, obstrinxissent se ad ea explenda: eò quod recta ad eò essent, ac iusta.

QUARTVM consilium est, vt quando præcepti materia aliquam habet latitudinem, eligas semper partem meliorem, nunquam verò deteriolem, quemadmodum q. *Abel oblaturus* Deo Sacrificium, elegit *ex grege*, quod optimum erat; cum contra, *Cain* Frater eius *obtulit* deteriores *fructus terra*: & hunc imitabantur illi, de quibus Deus conquerebatur, quod habentes in gregibus suis sanas & scabiosas oves, offerrebant ei scabiosas, & sanas sibi retinebant; & p. *habentes in grege suo masculum*, & votum Deo facientes, immolabant *debile*. Imitare igitur Iustum Abel, & cum Deo sunt decimæ offerendæ, optimum offeras, quod habes; si Eleemosynam facere velis, ne dederis, quod deterius est; & si multum dare poteris, noli manum contrahens parum dare. Si ieiunandum est, possisq; præceptum implere piscibus tantum vescens: noli priuilegio vt vt ouis vescaris; nam illud est exactius, & perfectius, ieiunium, in quo à carnibus & lacticijs abstinetur. Et qui pro te ipso libentius accipis, quod melius & vtilius est tuo honori; aut vt principi tuo illud offeras; æquius omnino est, vt optimum semper eligas, quod eius præcepto & voluntati satisfacias, Iure optimo Scriptura Sacra laudat populi Hebræi pietatē, qui petenti Moyse, vt offerrent, quidquid necessarium esset ad tabernaculum, & cultum Deo exhibendū, q. *obtulit mente promptissima, atq; deuota, quidquid ad faciendum opus tabernaculi, & ad cultum, ac vestes Sanctas necessarium erat, aurum, argentum, lapides & gemmas preciosas, Hyacinthum, purpuram, byssum, & alias magni valoris telas; & in omnibus obtulit preciosissima, quæ habebat.* Et magnus certè fuisset pudor, quod idem populus, qui promptè attulerat *in aures aureas*, quas Aaron petierat ad fabricandum vitulum constabilem; non adferret postea ad Moysen preciosissima quæ haberet, in obsequium veri Dei. Rectū enim erat, vt qui in obsequium mundi, ac Dæmonis tradiderat, quod preciosum erat; traderet, quod optimum, in obsequium ipsius Dei.

Tom. 3.

G

Ad

n. 2. Timot.
1. 9.
S. Thom. ad
2. 2. q. 96
art. 5.

Tract. 2.
cap. 5.

4.

o Gen. 4. 4.

Optima Deo
danda sunt
p. Mal. 1. 14.

q. Exod. 35.
21.

Prompta
omnia offerenda sunt.
1. Exo. 32. 22

Intima præcepti obseruanda sunt.

Ad idem consilium spectat alterum à Cassiano indicatum; vt non satis reputes parere præcepto in eo tantum, quod in cortice, & secundum literam, vt dicitur. præcipit; sed addas præterea, quod illud continet in spiritu, & aliquam cum eo similitudinem habet. Et hac ratione rectè impletur præceptum honorandi parentes, si non solum honor carnalibus exhibeatur; sed etiam spiritualibus, senioribus, prælatiis, & principibus, & omnibus proximis, quatenus eos, ex humilitate superiores tibi reputas.

5.

*(Psal. 1. 3.
Eccl. 31. 27.
Tempore suo & sufficienti præceptum est implendum.*

QVINTVM consilium est, vt quando præceptum latitudinem habet in tempore, eligas tibi optimum, & quod maxime expedit ad illud implendum; studendo potius præuenire horam, quam permittere, vt illa elabatur. Iusti enim est (vt ait Scriptura) *fructum suum dare in tempore suo* & *in omnibus suis operibus esse velocem*; vt non ex pigritia differat de hora in horam, quod posset opportuno tempore facere: cuius contrarium facit piger, reijciens audicionem Missæ vsque ad meridiem, & Primæ, & Sextæ horarum recitationem vsque ad noctem. Ad idem consilium spectat sufficiens tempus tribuere implendo præcepto: ne nimium festinetur, & vt alteri alicui rei attendatur, præceptum opus præculcetur. Sunt enim, qui, quasi tempus malè collocetur, quod Missæ audiendæ, & officio recitando tribuitur; ideoque vellet, sacrum breuiter expediri, & officium properandè dici, cum tamen meritò existimare deberent, nusquam tempus melius collorari, quàm in diuinis præceptis explendis: quare licet quadrans horæ sufficeret, vt præcepto, secundum eius rigorem, satisfieret: æquum tamen est, salubre hoc consilium amplecti, vt etiam semihoram, si opus est, expendas, vt actio tua sit rector.

6.

*u Deut. 6. 5.
Mat. 22. 37.
Luc. 10. 27.*

*2. 2. 9. 100.
art. 9.
Bonum ex omnibus viribus faciendum.*

AD hoc ipsum confert aliud consilium, exercendi scilicet virtutem imperatam eo modo, qui in dilectionis Dei præcepto exprimitur, in quo iubetur *v diligere Deum ex toto corde, anima, mente, virtute & fortitudine*; qui modus seruandus etiam est in cæteris virtutibus iuxta cuiusque exigentiam: ita vt animum ad iicias ad eas cum quatuor his conditionibus exercendas: cū omni scilicet cordis tui affectu; cum omni intentione, continuacione, firmitate ac perseuerantia: quæ ad earum perfectionem requiritur, ita vt nihil admittas, quo ab exacta talis præcepti executione retarderis. Quod licet (teste Sancto Thoma) non obliget ad bonum opus præstandum cum proprio ipsius virtutis modo, cum firmitate scilicet, promptitudine, hilaritate, & facilitate: (quo modo illi operantur, qui habitum iam acquisierunt, & consuetudinem operandi) est tamen rationi consentaneum, eum procurare: nec difficile id obtinebitur, nisi ad dilectionem Dei maneat in corde. Nam (vt Sanctus Augustinus ait) amor facilem ac iucundum reddit laborem, qui in implenda voluntate Dei, quem diligit, collocatur; datque firmitatem & constantiam in eo: est enim *x fortis vt mors dilectio*; & *dura sicut infernus, siue se-*

Cant. 2. 6.

pul-

pulchrum, *amulatio*. Horum omnium multa præclara adducemus exempla in decursu horum Tractatum.

CAPVT IV.

CONSILIA CIRCA OCCASIONES TRANSGREDIENDI PRÆCEPTA remouendas, etiamsi alia licite sint, & iniuria aliqua ferenda.

VT QUÆ hæc sunt in effectum deducantur, vltèriùs adhuc est progrediendum, aliq; consilia seruanda, ad remouendas occasiones impingendi ac deficiendi in explendis præceptis. Eò enim tendunt quatuor insignia documèta, quæ Christus D.N. in sermone habito in monte tradidit. Præcipuè solemnißimum illud, cum dixit: *a si oculus tuus dexter scandalizet te, erue eum; & si dextera manus tua scandalizet te, abscinde eam, & proiice ab te. expedit enim tibi, ut pereat vnum membrum tuorum: quam totum corpus tuum eat in gehennam.* Quamuis autè hoc dixerit contra occasiones & pericula amittendæ castitatis, vtpotè frequentiores, magisque horrèdas; (vt suo loco videbitur) postea tamen vniuersim loquutus est, & ad rem quamlibet idem documètum extendit; quæ peccandi adfert occasionem. Aduertit autem Sanctus Petrus Apostolus (vt refert S. Clemens) non dixisse Saluatorem nostrum: si oculus aut manus tua scandalizauit te; sed, si scandalizat, & prouocat ad peccandum: quia non vult, te expectare donec cecideris, & transgressus fueris præceptum; sed, vt tempestiue, & quando periculum imminet; aut apparet tetatio, eam remoueas: ne desis in eo, ad quod teneris. Nec meminit oculi, aut manus sinistrae, sed expressit dexteram, quæ magis est necessaria, & pluri estimatur, vt intelligas, quamcumq; personã, aut rem aliam, etiamsi valde necessaria videatur, aut valde sit preciosa, esse reiiciendam, si occasionem adferat, præceptum aliquod transgrediendi. Simul etiam monere voluit, duplex esse occasionum, nos scandalizantium genus: quædam per oculum & sinistram manum significatas, eo quod aperte sint prauæ, & obliquæ, quæ nos rectè & manifestè ad peccatum impellunt: quarum non fuit opus meminisse: cum idem ipsum præceptum, prohibens peccatum, iubeat remoueri manifestum eius periculum, præsensque ac proximum ad illud perpetrandum impellens discrimen: & hoc nomine falsus amicus, consiliarius, siue magister, qui prauam aliquam doctrinam consiliumue ob sensuales aliquos terrenos, & inanes fines tradit, sinister oculus appellatur: quia prauis huiusmodi rebus sinister prauæ intentionis oculus alitur & fouetur. De quo Saluator dixit: *b Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit: quem nisi planè eruas, omnino peribis.* Manus sinistra, censetur peccati complexi; aut ad illud perpetrandum auxiliu præbens, aut inducens,

I.
a Mat. 5. 29
Eccl. 8.
Tract. 2. 6. 9

Lib. 7. recognitio. prope finem.

Aperta occasiones scandalizati.

b Mat. 6. 23

aut proximam præbens occasionem, eò quòd vehementer tibi adhæret: eam quam nisi abscindas, & à te repellas, peribis cum illa, iuxta illud Prophetæ: *Sicut strina se inuicem complectuntur, sic conuiuium pariter potantium, consumentur, quasi stipula ariditate plena.*

Alia sunt occasiones per oculum manumque dexteram indicatæ, quatenus speciem quandam præferunt veræ necessitatis, utilitatis, pietatis, sanæ intentionis, & quasi expediat eas non prætermittere: quæ tamen reuera sunt periculosa: quia sub tali prætextu & boni colore damnum non reuelat. & licet interdum bonæ sint; eiusmodi tamen circumstantijs irretiuntur, quæ iustis quasi muscipulae sint, & scandalum adferant: De quibus dixit Apostolus: *Omnia mihi licent: sed non omnia expediunt: e Omnia mihi licent: sed non omnia edificant.* Quicquid enim nõ est lege prohibitum, hoc quidem nomine est licitum; sed non propterea statim ad animæ bonum, & pacem expedit, aut ad proximorû ædificationem, ideoque potius quod huiusmodi est, expedit erucere & eijcere, etiã si oculus sit aut manus dextera: ne in ea damna incidamus, quæ sequi possunt, si ea seruire velimus. Huic doctrinæ innituntur tria Evangelicæ Religionis consilia: Nam licitum quidem est matrimonium, diuitiarum possessio, sui que ipsius, ac rerum sclarum gubernatio; sed multis hæc non conueniunt: nam magna potius ex eis percipiunt incommoda, quàm ob rem ex Dei inspiratione, omnibus huiusmodi rebus licitis sponte renunciantes, quæ meliora & tutiora sunt amplectentur, in statu Castitatis, Paupertatis, & obedientiæ, ut postea apparebit. Eidem doctrinæ innituntur necesse est desideria & electiones reliquorum statuû & officiorû, & vitæ generû. Vt enim Ecclesiasticus dixit: *non omnia, etiam si bona alia sint, omnibus expediunt: nec omni anima omne genus placet.* Quare meritò officio & occupationi renunciant, quæ adiuctas habent peccandi occasiones; eligunt verò eam quæ tutior est, & à lapsibus expeditior, iuxta ea quæ superius sunt tacta.

§ I.

Eidem doctrinæ innituntur etiam tria præclara illa consilia, quæ Christus D. N. in eodem monte proposuit, ad ferendas iniurias; & iustitiam, charitatem, & pacem cum proximis conseruandam. Primum fuit; *a audistis, quia dictum est antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Pro cuius declaratione est aduertendum: quamuis non liceat iniuriam etiam valde ignominiosam, aut valde grauem dolorem inferentem propria autoritate vicisci; licitum tamen esse potest, vindictam eius à legitimo iudice, publicam ad id auctoritatem habente, petere: modò id fiat absque ira, & odio in eum, qui intulit iniuriam; sed eo tantùm fine, ut illarum damnum reparetur. In eum siquidem finem, (ut S. Thomas ait) est

e Nahum
1. 10.

Alia Scandali occasiones.

d. i. Co. 6. 12
e. 6. 10. 12.

Euangelica consilia fundantur in dicto S. Pauli.

f. Et. 37. 31.

Tomò 2.
Tract. 1. 6. 5.

I.
a. Mat. 5.
38.

Iniuriam per iudicem vicisci licet.

2. 2. q. 108.
art. 1. § 2.

virtus quædam moralis, cuius est munus ordinem in vindictis sumendis constituere, ut illæ iuste fiant: sæpè tamen neque hoc est, quod maximè expedit, sed quòd graues ex ea occasiones sequi possint, ad excitandas inimicitias, iras, querelas, ac dissensiones inter ipsos litigantes; & pericula, grauius peccata admittendi. Quamobrem Christus D. M. suadet, in huiusmodi occasionibus multò melius esse, non resistere malo, quòd adfert iniuria; id què non solum, non sumpta vindicta, auctoritate propria; sed neque à Iudice petita, & omnino eà condonata, nullo iniuriantis illato incommodo. Et quòd adhuc est præclarum magis & heroicum, ut, qui iniuria est affectus, paratù se potius ostendat, si ita opus esset, ad alias adhuc iniurias sustinendas: hoc enim significat, alteram maxillam præbere ei, qui dextram percussit. Quòd si oculi tui dexter manusve dextera te iudicè scandalizet, cognati scilicet tui, & amici accedentes, & suadentes, ut vindictam sumas, tuumq; defendas honorem: reijce malum tale consiliùm, etiamsi pietatis, non enim què bonum conseruandi pallio tegatur; melius enim tibi est ad calum ire cum tali dolore, & iniuria; quàm ad infernum descendere sine illa, eò quòd vltus eam faeris, & peccata admiscueris, vindictam iure petendo. Est enim maioris prudentiæ, ex duobus malis minus eligere, hoc est manere cum ignominia; quàm, ut eam remoueas, in maiora alia incidere, qualia sunt culpa, & æterna pœna. Maximè quòd Christiano homini non ignominia censenda sit, sed honor, (ut Sæcæus Petrus dixit) quòd iniurias illatas non vliscatur, sed imitetur Christum, eiusque passionibus communicans gaudeat, ut placeat Deo, gratiamq; in eius oculis inueniat. Imò, (ut S. Augustinus perpendit) etiam inter gentes benè moratas tribuitur ingenuitati, & magnanimitati, iniurias non vlisci. Et Cicero laudat Iulium Cæsarem, quòd nullius rei obliuisceretur, nisi acceptarum iniuriarum: quòd si non iudicasset honorificum, nec ipse Cæsar id fecisset, neque Cicero eum propterea laudasset. Et Aristoteles dixit, viri magnanimi esse, iniuriarum obliuisci. Quòd si interdum necessarium esset, huiusmodi vindictam petere ob commune Reipublicæ, aut ipsius familiæ bonum: id fieri debet quasi coactè, conseruando in corde propensionem ac promptitudinem ad condonandum, si id ad maiorem Dei gloriam expediret, ut dictum est.

SECUNDVM consiliùm est, c. *Ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tumulam tuam tollere: dimitte & seipsum.* Certum etiam hic est, posse licitas esse lites, seruatis illis conditionibus in secundo tomo positis: imò interdum etiã esse necessarias ad fortunas tuendas, quæ sunt ad vitam ducendam & familiam alendam necessarias: sed aliquando non expedit, illas excitare: eò quòd graues discordias excitent: & alia peccata secum adferant: ut ibidem est dictum, & tunc consulit Christus Dominus, ut non solum iuri nostro cedamus,

Non resistendum malum iniuranti.

Minus malum eligendum est.

b1. Petri 4. 14. Epist. 5. ad Marcellinum.

4. Esaiæ. c. 3.

4. c. Mart 5. 40. Luc. 5. 39. Tract. 3. ca. 14.

mus, permittentes, auferri nobis, quod reuera nostrum est; sed etiam animi promptitudinem ostendamus, ad reliqua tradenda, quae nobis remanent; & rebus omnibus renunciamus, & omnibus temporalibus nos exspoliados, vt spiritualia conseruemus. Et ad hoc propositum vsus est Apostolus apud Corinthios sententiã, quã superius retulimus, *omnia tibi licent, sed non omnia expediunt*: eo quod valde implicarentur litibus, & contentionibus cum parua ædificatione, & pace mutua, & idem confirmat ipse Saluator, addito tertio consilio, *quicumq; te angariauerit mille passus: vade cum illo & alia duo*, quasi dixerit: si quis tuam libertatem iniuste opprimens, te coegerit, vt alicuius sui negotij causa aliquid te conferas, non te vlciscaris, neque contra eum irascaris; sed fac ex necessitate virtutem, vim & violentiam illam ad eum generolo corde ferens, vt plus etiam facias, quam ipse requirit; offerens te, si opus erit, ad progrediendum vterius, aut certe in corde tuo, ad id præstandum, esto paratus. Hæc omnia consilia amplectenda præcipue sunt eo nomine, quod ad spirituale nostrum bonum conferant, eadem tamen operã, eadem amplectimur ad impediendum proximi detrimetum spirituale, quod ex nostra resistentia augetur. Et quamuis certo tibi constaret, posse te absque vilo peccato resistere iniurianti in tribus prædictis rebus: consilium esset altissimæ perfectionis, eidem non resistere: si hoc esset medium, quo maius proximi damnum vitaretur.

Ad hoc ipsum direxit Christus D. N. quod fecit, ac dixit Sancto Petro, cum tributum ab ipso exigere vellent: dixit enim, *quid tibi videtur, Simon? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum, a filiis suis, vel ab alienis? Et ille dixit: ab alienis. Dixit illi Iesus: ergo liberi sumi filii. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & cum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem, illum da eis*: voluit enim hoc dicere: quãuis ex rigore iustitiæ tributum ego hoc non debeã, cum Dei sim filius, & vniuersæ creaturæ Dominus, ac ex regio Davidis genere: volo tamen huic meo iuri cedere, & tributum soluere; ne cum illud exigentibus contendam; & occasionem præbeam scandali & turbationis contra nos. Et sic nos docuit: multa, quæ ex se essent licita, esse omittenda, ne turbentur & offendantur debiles; rectiusque consilium esse, omittere interdum honoris ac nobilitatis puncta, & fortunarum commoda aliqua, & læcra, quàm contendere eadem conseruare, cum notabili proximorem turbatione. & ad idem propositum Apostolus dixit Corinthijs: quamuis licitum sit *g. omne, quod in mercato venit, & quicquid apud infideles proponitur, manducare*: cauendũ tamen, hanc licentiam offendiculum fiat infirmis. Si enim aliquis, *ua liberè vescentem moneret, hoc immolatum esse idolis: ait: nolite manducare, propter illum, qui indicauit, & propter conscientiam: non tuam sed alterius, qua propter si esca scandalizat fra-*

d 1. Cor. 6.
11. 12.

3.
c Mat. 5.
4.

Ex necessitate
virtus
facienda.

f Mat. 17.
24.

Scandalum
vitandum.

g 1. Cor. 10.

25.

h e. 9. 13.

item memini: non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizem:
 non enim quisque debet querere, quod sibi soli est utile; sed attendere etiam
 debet ad aliorum utilitatem, ut quod lapsus causa, & scandali siue tempora-
 lis, siue spiritualis esse possit, remoueat; modò non sit ipsi necessarium, & ex
 obligatione incumbat. Sed hoc teste S. Thoma, aliquando cadet sub præce-
 ptum, aliquando tantum erit ex consilio. Exempli causa, qui in quadragesi-
 ma carnibus vesceretur propter necessitatem, cum alioquin species & color
 faciei necessitatem talem non prodat: si is iter faceret, vellet que in hospicio
 carnibus vesci; tenetur ex obligatione manifestare alijs suam necessitatem,
 & facultatem, quam ad id habet: ne videntes vescentem scandalizet. Si au-
 tem sibi persuaderet: aliquos non adhibituros fidem, quamuis id ipse dicat;
 ac propterea scandalum passuros, quod passiuum appellant, ex propria illo-
 rum malitia, quamuis, inquam, tunc, postquam de sua necessitate & faculta-
 te monuisset, liceret ei carnibus vesci: esse tamen tunc salubrius consilium,
 eo die abstinere: ne talem occasionem, etiam absque propria culpa, illis præ-
 beret. ita, enim S. Apostolus non accipiebat à fidelibus, in quorum gra-
 tiam laborabat, alimèta, quæ alij Apostoli accipiebant; *ne offendiculum*, in-
 quit, *demus Euangelio Christi*: ne scilicet aliquis id impingerent, & occa-
 sionem acciperent suspicandi: Euangelij prædicationem ex concupiscentia
 potius, quam ex zelo & charitate proficisci.

1. Cor. 9. 12

CAPVT V.

CONSILIA PERFECTIONIS, QVO AD MODVM

*Diligendi proximos sicut nos ipsos; & sicut Christus eos
 dilexit.*

EX DIC TIS Capite proximo satis liquet; quàm cupiat Christus D.
 N. eminere in suis discipulis mutuam dilectionem & amicitiam; siqui-
 dem talia præbuit consilia ad eius offendicula remouenda; sed nunc magis
 in particulati ostendemus admiranda perfectionis consilia, quæ in ijs modis
 continentur, quòs ipse expressit ad præceptum dilectionis proximorum
 implendum. Proposuit enim nobis ob oculos præclarissima duo ex-
 emplaria, quæ supra indicauimus, ex quibus excellentiam
 deducamus dilectionis, quam illis
 debemus.

Cap. 3.

§ I.

*Quaratione dilectio sui ipsius regula sit dilectionis proximi.*a *Leuit. 19.*
17.*Mat. 22. 39.**Luc. 10. 27.**Rom. 13. 9.**Gal. 5. 14.*b *Mat. 7.*

12.

*Diligendum
proximus
sicut nos ipsi**Serm. 43.
de verbis
Domi.*

2. q. 25.

Art. 7. C. 1.

2. q. 19. a. 4.

9. *Ethi. c. 4.**Diuiditur**amor.**Vbi supra*c *Psal. 110. 6.**Amor bo-
nus ordina-
tus.*

P R I M U M Exemplar, & modus proximos diligendi, exprimitur in præcepto legis naturalis: quæ habet: *2a dilige proximum tuum sicut teipsum* quod & renouatum; & approbatum, ac explicatum est in Euangelica lege: cuius sensus est: In dilectione proximi pro exemplari & amussi dilectionis eius, eam accipe, quam erga te ipsum habes; ut idem proximo velis, quod vis tibi ipsi; & ut Christus dixit: *omnia qua vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis.* Et quemadmodum tibi ipsi non tantum vis ea, quæ sunt ad tuam conseruationem necessaria; sed multa alia ad solatium, commoditatem, ac delicias tuas; nec velles, alios nihil aliud præstare, quam quod ex præcepto & obligatione tepentur; sed cuperes aliqua alia ab eis addi; quæ tantum sunt ex consilio in tuum commodum: ita merito velle ac facere id ipsum debes erga tuum proximum: tunc enim eum, sicut te ipsum diliges. Sed quoniam in hac regula aliqua potest contingere deceptio: ut ea euitetur, supponendum est quod S. Augustinus circa eam monet, dicens, prius vide, si iam nosti diligere te ipsum; & tunc committis tibi proximum, quem diligas, sicut te ipsum. Si autem nondum nosti diligere te: timeo ne decipias proximum sicut te. Nam (ut S. Thomas, Aristotelis doctrinam sequens, ait) amor sui ipsius est duplex, Alter inordinatus & malus, qui proprius est peccatorum, diligentium in se ipsis, quod ipsi plures faciunt; exteriorum scilicet hominem & carnem suam, quam habent cum bestiis communem; & quam interiori homini, & animæ, quæ Angelis assimilantur, præferunt. Et hic (ait S. Augustinus) non verus, sed falsus est amor, verum autem odium, iuxta illud Dauidis, *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Nam odisse, est velle malè ei, quem odit: qui autem diligit iniquitatem, vult animæ suæ maximum malum, & miseriam inimicitiam scilicet cum Deo, & pœnam ipsam æternam. Ac proinde huiusmodi amor non potest esse exemplar eius, quo proximus est diligendus: sic enim eum diligere, esset, verè odisse. Alius est amor sui ipsius ordinatus, & studiosus; proprius bonorum & piorum, amantium in seipsis, quod ipsi plures faciunt, excellentiam scilicet interioris hominis, vitam suam iuxta rationis dictamen ducentes: in qua re homines superant bestias; suntque beatitudinis, ad quam fuerunt conditi, capaces. Et huiusmodi amor debet esse regula amoris erga proximum; nec ab eo est distinctus, quem ille erga se ipsum habere debet. Omnes enim probi, quæ tales sunt, eodem modo sancto quodam amore seipsum diligunt.

Quare

Quare idem erit, proximum diligere, sicut me ipsum diligo; & ipsum diligere, sicut se ipse diligit: hoc est, sicut ipse merito debet se ipsum amare; & ut decet, æquumque est, ut ego me ipsum diligam. Hæc omnia confirmat explicatque Angelicus Doctor adductis quinque circumstantiis, quas Philolophus veræ amicitiæ tribuit, quarum multæ sunt ex solo consilio, ut perfectio dilectionis excellentior sit, & præstantior.

PRIMA circumstantia est, quod velit sibi, suisque amicis ipsum esse & vitam collocando spirituales animæ vitam in primo loco; corporis verò in secundo, quatenus hæc conducit etiam ad vitam spiritus. Cum enim anima sit immortalis, corpus verò mortale, ratio ipsa docet, animæ bonum corporis bono esse præferendum. Ex quo fit, ut verus amor, sibi ipsi suisque proximis, ea bona velit, quæ ad vitæ conservationem & perfectionem conferunt. Præcipuè autem vult ipsas virtutes, quæ sunt veræ animæ bona, quibus æternæ vita comparatur; & etiam temporalia in eo gradu, quo expedit, absque detrimento virtutum. Sed quoniam verus amor non sistit in bonis affectibus ac desiderijs, sed peruenit etiam ad ipsa opera: idè & sibi, & suis amicis hæc bona procurat per media, ad ea obtinenda proportionata. Et quemadmodum amor, quem quis habet ad se ipsum, sollicitum illum red- dit ut proprium bonum acquirat; impediatur verò, & reparatur quoduis malum: ita amor proximi eundem impellit, ad procurandum proximi commodum, & auerendum eius damnum, & cum adest, opportunè reparandum. Ac propterea S. Augustinus dixit: eum, qui alterum diligit, & corpori & animæ eius bene facere. Corpori enim applicat medicinam, animæ verò disciplinam: quasi clarius diceret: corporis eius necessitates reparat, exhibitis corporalibus misericordiæ operibus; animæ verò, exhibitis operibus spiri- tualibus: tribuens illi modò hæc, modò illa bona: eò quòd huiusmodi beneficij amicitiæ conseruetur, & perficiatur. Operibus ipsis quarta circum- stantia & indicium additur iucunda & grata conseruatio, quam dilectio efficit erga proximum dilectum. Iustus (ait S. Thomas) seipsum, ut oportet diligens, libenter secum ipse versatur, intra cor suum ingressus, ubi bonas cogitationes inuenit honorum præsentium, memoriam præteritorum, & spem futurorum: in quibus cum magna animi voluptate persistit. Et eodem modo delectatur, certis temporibus, agere cù suis amicis; de huiusmodi rebus agens, quæ animarum præcipuè bonum promoueant; & in ijs, quæ ad corpus spectant, subleuentur. Denique verus amor magnam adfert secum & cum suis proximis concordiam. Sanctus enim sui ipsius amor nullam intra se ipsum discordiam admittit, ut aliqua velit inuicem contraria, aut repugnan- tia: sed totam suam animam ad solam rem vnã deducit, hoc est, quam ratio dicat, & ipse Deus præcipit: & eodem modo amor proximorum con-

Circum-
stantia boni
amoris.

X.

2.
Velle anime
vitam.

3.
Amoris sig-
num est o-
pera bona
præstare.

Lib. de Me-
ribus Eccl.
cap. 27

4.
Circum-
stantia a-
moris iu-
cunda con-
seruatio.

5.
Indicium a-
moris con-
cordiæ.



d. Rom. 12. 15
2. 2. 9. 29. n.
1. 3.
Perfecta pa-
cis duplex
vno.

c. Ioan. 14.
27. 28. 20.
9.

Homo seip-
sum primo
bene amat.

Tract. 6. c.
10. f. 10.
hac traden-
tur.
Cap. 4.
quibus cha-
ritas proxi-
mi innotef-
cat.

i. Rom. 13. 9.

cordiam efficit cum illis in rebus licitis & honestis; ita vt eorum affectibus ac desiderijs sese accommodet, *d. flens cum flentibus, & gaudens cum gaudentibus.*

QVARE Angelicus Doctor ait: perfectam pacem duas complecti vniones, alteram inter ipsius hominis appetitus, ita vt qui sunt carnis, in quibus passiones eius existunt cum superiore spiritus voluntate componantur: nō quod nō super sit aliqua inter eos dissensio; sed quod ipsius inferioris appetitus affectus cum superiore concordet, & hic cum Deo. Et hæc vnio effectus est veri amoris sui ipsius. Nam qui serio se ipsum amat, diligenter studet, vt caro spiritui; passiones vero rationi; & omnis simul Deo subiiciantur. Et hinc secunda oritur vnio, quam generali nomine concordiam appellamus, quando scilicet vniuscuiusque voluntas cum aliorum voluntatibus in rebus licitis concordat, suntque quasi vnus in hoc, vt eadem bona omnibus velint. Et tam diu secunda hæc vnio perdurat, quam diu prima. Ordinarie enim nemo vnionem cum suo proximo abscondit, nisi prius eandem secum ipse, & cum Deo absceiderit: quare si hæc integra & indiuisa permanferit, altera non absceidetur. Ac propterea Christus D. N. bis Apostolis suis dixit: *et pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis*; & iterum post resurrectionem bis eisdem salutans dixit: *pax vobis*, sic ostendens, quam cuperet, eos habere duplicem hanc vnionem, in qua pax integra amorque perfectus consistit. Hęc omnia complectitur regula & lex proximum diligendi, sicut te ipsum: quam summo studio obseruare debes, ita vt in duabus illis rebus, quas hoc præceptum complectitur, excellere studeas. *Primum*, vt te ipsum vero illo amore diligas, quo Deus vult; & ad quem ipsa charitas te impellit, procurando pacem & vnionem cum te ipso; & passiones mortificando, quæ eam lacerant; & bellum indicendo vitioso tui ipsius amori, quem proprium appellamus; ex quo dissensiones oriuntur interiores, quæ postea exteriores efficiunt.

DEINDE studere debes, vt excellas, in reliquis, sicut te ipsum, diligendis, ita vt summam cum eis vnionem pacem, & concordiam colas; sublati omnibus discordiæ occasionibus, etiam cum aliqua tui iuris iactura, vt supra est dictum: & fouens, quod in te erit, amicitiam & vnionem cum eis, verbis & rationibus iucundis; beneficijs, donisque gratuitis; & operibus misericordiæ corporalibus & spiritualibus; & orationibus ac suffragijs Deo pro eisdem oblatis. Quatuor enim hæc sunt ligæ, quibus amoris ignis fouetur; & oleum, quo lampadum eius flammæ aluntur, & bitumen, corda ligans & astringens: & eisdem ad perfectionis culmen peruenies: nam (vt Apostolus dixit) omnia præcepta, imò & consilia, legisque documenta, quæ ad proximorum bonum diriguntur, in hoc verbo instaurantur: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum, plenitudo ergo legis est dilectio.*

§. 2. Ratio diligendi proximos sicut Christus eos dilexit.

Quæ hæcenus proximos multò melius intelliguntur, si exemplar secundum multo præstantius inspiciamus, eius dilectionis, quæ Christus Dominus in Evangelica sua lege proposuit: dicens suis discipulis: a mandatu novum do vobis: ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, quasi dixisset, respicite diligenter amorem meum erga vos eumque; tanquam exemplar & amissim eius accipite, quo vestros proximos diligere debeatis. Cõsistit aut hoc præcipue in alijs quinque circumstantijs, quas iure optimo sancti Patres cõmendant. Primum quemadmodum Christus discipulos suos, nõ ob eorum merita, sed ex sola bonitate sua prius eos dilexit, quæ id ipsi essent promeriti: ita ait S. Chrysostr. proximos tuos diligere debes, nõ innitendo præcipue eorum meritis; sed eos amore tuo præveniẽdo, quamvis talem amorem nõ promereantur: amandi siquidem sunt, eò quod sint opus Dei, filijque eius precioso sanguine redempti; cui valde placet, ut ita illos diligas, & ipse hoc promeretur, ut etiam eos diligamus, qui per se ipsos eo amore digni non sunt. Deinde quemadmodum Saluator noster discipulos suos dilexit, cupiens eis præcipue cælorum regnum; suaque gratiæ bona, & perfectionem Evangelicam: quæ posita est in perfectissimæ eius vitæ imitatione: ita ait S. Augustinus debes eos diligere, cupiens omnibus præcipue bona gratiæ & gloriæ. Quod si sis religiosus aut ad maiorem perfectionem contendas: optare debes fratribus tuis eorundem bonorum excellentiam: ut similiores evadant cælesti suo Magistro, qui suum amorem etiam in eo ostendit quod ob suorum discipulorum utilitatem & commodum, obtulerit se ad iacturam faciendam bonorum fortunæ, honoris, solatiij, ac vitæ ipsius: ad cuius imitationem, ait S. Cyrillus, offerenda esse bona fortunæ, honorum ac deliciarum; imò & ipsa vita, si opus erit, propter spirituale proximorum bonum: quos pluris quisque facere debet, quam propria temporalia commoda. Et hæc est suprema dilectionis perfectio, ad quam viri religiosi ac perfecti aspirare & contendere debent Nam (ut S. Chrysostr. perpendit,) agens Christus Dominus cum seculari quodam homine de perfectione, ei dixit: b si vis perfectus esse; vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; agens autem de eadem perfectione cum Apostolis, qui iam erant in ipso perfectionis statu, dixit: c hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos: maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Atque si dixisset: in hoc supremum amorem ostendetis, quem invicem habere possitis, si nõ solùm fortunas, sed ipsam quoque vitam pro vestris fratribus obtuleritis, sicut ego meam pro eisdem offero.

Hinc quarta circumstantia, aut similitudo oritur, quod quemadmodum Christus Dominus discipulorum suorum miseras, ac debita peccatorum in se ipsam suscepit, ut eos exoneraret, & ab omnibus debitis liberaret, iuxta illud Scri-

1. Ioan. 5. 34
& cap. 15. 12

Vide Toletum
in c. 12. 5. 10.

1.

Hom. 71. in
Ioan.

Christus A-
postolos di-
lexit ex sola
sua bonita-
te.

2.

Omnia op-
tima proxi-
mo petamus.
Tract. 83. in
Ioan.

3.

Christus o-
mnium in-
firmitatem facit
pro Aposto-
lis.

Lib. 9. in Io.
cap. 23.

Hom. 32. in
1. ad Cor.

b Mat. 19. 29
c Ioan. 15. 12

4.

d Isa. 53. 4.
et. Pes. 20.
24.

f Gal. 6. 2

Onera
proximo-
rum feren-
da suble-
uando vel
uonendo.

Regul. 177.
et 178. ex
Breniar.

g ad Rom.
15. 2.

Proximo in
bono placere
bonum est.

ptura S. d. verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrorum: & peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ita & nos proximorum nostrorum onera tollamus, vt eos subleuemus; & sic amorem nostrum erga eos ostendamus, secuti regulam, & documentum Apostoli dicentis: f. alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, iubentis, vt vos inuicem diligatis; sicut ipse dilexit vos, & onera vestrorum proximorum tollatis, sicut ipse vestra tulit.

Et quoniam hæc onera valde sunt varia, & quædam spectant ad corpus, alia ad animam; quædam ad ingenium & mores proximi, alia ad statum & officium eius; perfectus amor impellit, vt quisque aliorum onera portet eo modo, quo potest, vt illi subleuentur: visitando, & ministrando ægrotis; consolando, & adiuuando eos, qui sunt in aliqua tribulatione, ac uehiles; & sustinendo patienter irascentes, & immorigeros; corrigendo beneuolè peccantes, porrigendo manum lapsis, vt è peccatis resurgant: quantum ad hæc præstanda necesse sit, multas pœnas & labores subire, vt illi subleuentur, & exonerentur: Aduertit tamen S. Basilius vocabulum illud græcum *Bastazin*, quo S. Apostolus in ea sententia vsus est, interdum significare, portare alterius onera, imponendo illa sibi; interdum verò exonerare & auferre illa, vt qui premebatur, exoneretur; onera igitur peccatorum secundo hoc modo sunt portanda, agendo scilicet per correptionem, admonitionem, consilium bonum, & exhortationem: vt ea deponant, & vitam suam emendent. nunquam tamen alienas culpas in nos suscipere debemus, nisi summum, vt pro eis satisfaciamus ieiunijs, & alijs operibus, quæ pœnam nobis aliquam adferant. Et quo maior est facultas se inuicem diligentium: eò charitas impellit magis, vt alter alterius onera portet, vt idem Apostolus dixit: *g. debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperantia a properantibus tibi ceciderunt super me.* Supponit autem Apostolus in hac sententia, esse in Ecclesia alios alijs fortiores, tam in corporalibus, quàm in spiritalibus; & euenire posse, vt, qui hodie sanus est, cras infirmetur; & qui hodie spiritu est fortis, alio die deprehendat se imbecillum; & qui nunc est quietus & pacatus, postea turbetur ac tentetur. Exigit ergo lex charitatis, vt qui sani & robusti sunt, compatiantur infirmis & debilibus; iuuentque onera portare, quibus premuntur, ne omnino succumbant; cogitantes, se cras fortè in aliqua necessitate futuros, & opus habituros ad alijs adiuuari. Vt autem ingentis ad eò boni impedimentum ex ipsa radice euellatur, ait Apostolus, *ne nobis placeamus*: quasi semper quærentes, quæ nos delectent ac recreent; sed assuescamus etiam aliquid ferre, quod nostro appetitui displiceat, ac repugnet; & studeamus fra-

tribus

tribus nostris placere, duplici seruata conditione: altera, vt placeamus in bonum, ita vt materia sit bona, decens, eiusque status conditioni conformis, non proculcata lege Dei, aut æquitatis regula, quò illis placeamus: hoc enim non charitatis, sed carnalitatibus opus esset. Altera, vt sit in adificationem, eius scilicet ac nostram; ita vt inuentur in ijs rebus, quæ illis adferent vtilitatem; & eo modo, vt & illi, & omnes ex nostra charitate ædificentur, nosque ex bono opere proficiamus, ob sanctum finem, quem in eo præstando respiciamus. Ad enim discimus ex amore ipsius Christi D. N. qui non sibi placuit, nec quòd palato suo ardebat quæ sicut; sed quòd suis fratribus bonum erat, & expediens; imponens humeris suis illorù mala, à quibus eos liberaret, iuxta illud Dauidis: *h opprobri in exprobrantium tibi ceciderunt super me.* vñtur autè verbo *opprobri*, eò quòd non censeatur aliquid magni esse, quòd aliorum onera quis portet, cum ex eo aliquem honorè acquirat; sed illud præclarior, quòd etiam cum proprio contemptu & opprobrio illa portet: ostendens in hoc propriam humilitatem, & patientiam, quæ sunt humeri charitatis, ad huiusmodi onera portanda. Ad quòd exhortatur idem Apostolus, dicens: *in omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportate inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.*

Nec tamen existimare debemus, charitatem impellere nos ad onera proximorum portanda, vt & ipsi nostra portant: hoc enim esset non sinceri, sed quæ sua sunt querentis: quòd nõ bene conuenit cum perfectione charitatis, nec cum amore Christi D. N. qui omnium onera portauit, nullo ipsum ad sua propria portanda adiuvante, nam ipse dixit: *torcular calcasi solus, & de gentibus non est vir mecum, circumspexi & non erat auxiliator, quasi, & nõ fuit, qui adiuuaret. Iustus, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni,* vt ita intelligatur, perfectum amatorem paratum esse ad aliorum onera portanda, etiam illis non adiuvantibus in portantis proprijs; quare, quòd in se est, Christi quidem legem ipse implet, quamuis alij non impleat.

Ob signem vs tandem amoris Christi erga nos excellentiam cum eo, quòd S. Iohannes dixit: quòd suos dilexerit in finem, vitæ scilicet suæ, cum summa instantia ac perseuerantia, maiora semper amoris sui præbens indicia: & in cœnaculo, vbi vltimus fuit eorum conuentus, maxime illum ostendit, cum quatuor illis circumstantijs paulò ante indicatis: operibus scilicet, donis, rationibus, & orationibus, quæ omnia amoris & vnionis erant plena. Ibi enim valde familiariter & blandè eorum pedes lauit; dedit maximum, quòd potuit, donum, seipsum scilicet sub specie cibi, ad insinuandum intimam, quam cum eis habere cupiebat vnionem, loquutus est tenerrimè; grauesque adduxit rationes, ad eos consolandos, animandos, & persuadendam mutuam inter se vnionem; & pro eisdem orauit instantissimè, eandem pro

Operari in adificationem proximi bonum est.

h Ps. 68. 10.

i Eph. 4. 2.

Remuneraciones non querenda in bono opere.

k Isa. 63. 3.

l Ps. 68. 23.

m Ioh. 13. 20.

Christi beneficium Apostolus in cœna præstauit.

eis petentis vnionem, vt postea videbimus. Et omnia hæc complectitur insignis illa eius sententia: *n exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis*: quasi illis dixerit: à me discite amorem, quo vos inuicem diligatis; quem ostendatis in operibus exhibendis, in largiendis donis, in bonis verbis proferendis & in orationibus instantibus & fundendis; & amplectendis reliquis consilijs, quæ vobis proposui. Hæc celsissima est perfectio, ad quam Catholicæ Ecclesiæ filij merito debent aspirare. illa enim est amoris schola, domusque vnionis, quemadmodum fuit sacrum illud cœnacu- lum, in quo Christus D. N. cum suis Apostolis erat. Verum quidem est, etiam Iudam proditorem ibi fuisse, qui tamen non erat alijs vnitus, redemptore id ipsum pernitente, vt sic magis amoris sui summa præstantia manifesta- retur, cum proprium hostem ad eum dilexit, & familiariter ac blande tracta- uit: nobisque daret exemplum eius, quod erga nostros agere debeamus: quemadmodum in proximo capite fusius explicabitur.

CAPVT VI.

CONSILIA PERFECTIONIS circa modum inimicos diligendi.



Homo assi-
milatur se-
raphinis per
dilectionem
inimici.

a Iſai. 6. 2.

b Luc. 6. 27.

c Mat. 5. 44.

d 1. Io. 3. 18.

2.

S. Tho. 2. 2.

q. 25. a. 8. c.

q. 49. q. 8. 1.

a. 8.

c Mat. 5. 44.

VM Saluator noster vocari voluit *magni consilij Angelus*, visus est aspexisse ad consiliura, quod dedit, diligendi inimicos; quod per excellentiam meretur *magni consilij* nomen; in eo enim splendet præ alijs feruor charitatis. Reliqua consilia homines faciunt Angelos, hoc autem facit Seraphinos, hoc est ardentibus; ad eum enim amoris igne ardent, vt supra naturam suam volent a *sex alis*, sicut *Seraphini*, quos vidit Iſaias: scilicet feruentibus charita- tis actibus, quos noster Saluator nobis commendat, non solum erga ami- cos; sed etiam erga inimicos: quod expressius adhuc apud Sanctum Lucam declarauit, dicens: *b vobis dico, qui audiu, dilige inimicos vestros*, non solum hoc dico Apostolis ac discipulis meis, sed omnibus etiam, qui audire & recipere volunt doctrinam meam, *c dilige inimicos vestros*. Et paulo post eandem sententiam repetit, desiderans, amorem hunc profundius in anima radicari: vt intelligatur, non debere esse amorem d *verbo aut lingua tantum*, aut solum interiorem; sed etiam exteriorem, qui ostendatur *in opere*, & *veritate* absque fictione vlla; & nominatim in hisce sex operibus, quæ sunt tanquam sex consilia excellentissimæ perfectionis. Primum est pro eis O- RARE: vt Dominus noster det illis bonum illud, quod eis expedit, e- ORARE, inquit, *pro persequentibus & calumniantibus vos*. Nec dixit solum, pro ijs, qui vos sunt persequuti, sed pro ijs, qui nunc persequuntur, &

calum-

calumniantur, ita vt preces vestras cum illorum persequutionibus coniungatis: vt eo magis sint heroicæ, & gratæ ipsi Domino, sicut ipsemet forasit pro ijs, qui ipsum *crudifigebant* & S. g. *Stephanus* pro ijs, qui ipsum *lapidabant*. *Secundus* actus est *BENE* de eisdem *Loqui*: *benedicite* (inquit) *maledicentibus vobis*. Et quando illi maledicta in vos congerent, vos contra congerite benedicta; & quando mali quippiam, de vobis rebusque vestris effutuerint cum iniurijs & murmurationibus: vos loquimini bene de eis, rebusque eorum; laudantes, quod fuerit in eis laude dignum; eosque defendentes, si quis contra eos loquatur. Multum quidem est in tali occasione tacere, nec vlscisci, quod fecit *Dauid*, cum ei *malediceret Semei*; & aliàs dixit: *quod posui eri meo custodiam, cum confisteres peccator aduersum me*: sed multo amplius est, os aperire, ad replendum benedictione maledicentem nobis, quod faciebat *Apostolus* dicēs: *maledicimur, & benedicimus*. Neque difficile hoc est ijs, qui in imprecationibus & iniurijs, quibus à suis hostibus afficiuntur, agnoscunt supremam Dei providentiam, eas permittentis in bonum ipsorum; & interdum etiam in utilitatem aliorum (quemadmodum fecerunt *Patriarcha Ioseph*, & *Rex Dauid*) ideoque laudant, & benedicunt ipsi Domino, quod ea via tantum ipsis bonum largiatur. Nec volunt (vt *S. Iacobus Apostolus* monet) eadem lingua in Deum benedicere maledicere, verò hominem, sed vtrumque benedicere: aspicientes maledicentem inimicum, tanquam instrumentum, quo Deus vtitur in ipsorum utilitatem. Et hac ratione faciunt quod *S. Petrus* monuit, dicens: *ne reddideritis malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed contrario benedicite: quia in hoc vocati estis, vt benedictione hereditate possideatis*: hæc autem est ad eam consequendam via certior & expeditior. *Tertius* actus est eisdem cum nobis occurrunt, *SALVTARE*, etiamsi nos ipsi non saluent: vt & *Salutatione*, & ore i varijs alijs amoris & amicitie indicijs eos præueniamus, offerentes eis ex toto corde, quod in nobis est, pacem. ideo enim *Saluator noster* iussit, suos discipulos ea salutatione vti: *pax vobis, & pax huic domui*: vt hoc signo ostenderent cum nullo se habere pugnam, aut inimicitiam.

Quartus actus est in omnibus rebus quibus poterimus *BENE* eis *FACERE*, tam in anima, quam in corpore: vt duplici beneficiorum spiritualium & corporalium genere eos demulceamus, ac deuinciamus. p. *Na si bene feceritis hu, qui vobis bene faciunt, dixit idē Saluator) qua vobis est gratia? siquidē es peccatores hoc faciunt; & quali ex iustitia debitū est, bene vobis facientibus beneficium rependere: si autē gratiam apud Deum queritis, & familiaritatem eius obtinere: benefacite ei, qui duriter vobiscum agit, vestrūque beneficijs eū vincite. q. *Noli vincere à malo, (ait Apostolus) sed vince in bono malum*. Si enim malè facias & vlsciscaris: quamuis hac ratione videaris illum vincere, reuerā tamen potius te ille vincit: vt quite post se trahat, vt æque sis prauus,*

Pro inimi-
cis orare a-
ctus amoris
est.

Luc. 23. 34
g. Ad. 7. 60.

2.

h. Lm. 6. 28.

Bene loqui
de inimicis
actus 2. a.
moris est.

1. 2. Re. 16. 7.
k. psal. 38. 2.

1. Co. 4. 12.

Gen 45. 5.

1. Reg. 10. 10.

m. Iaco. 3. 9.

n. 1. Pet. 3. 9.

3.

Salutandi
sunt inimici.

o. Mat. 10. 5.

4.

Benefacien-
dū inimicu
p. Luc. 6. 33.

q. Ad Rom.
12. 21.

atque ipse; ideoque à peccato victus eique subiectus maneat. Vincas igitur eum, benè ei faciendos; sic enim efficias, ut diligat te, cessetque malè tibi facere; aut saltem, viceris te ipsum & peccatum: quæ victoria est multò gloriofior.

5.
Luc. 6.35.
S. Bas. in id
Psal. 14.
Qui pecuniã
suam non
dedit ad v.
suram.

QVINTVS actus est, MUTUUM DARE petentibus. Diligite, inquit, inimicos vestros, benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes. Nam si mutuum dederitis iis, à quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant aequalia, non dico nomine lucri præter ipsum mutuum; hoc enim esset graue vsuræ peccatum; sed nequæ nomine gratitudinis, quam à solo Deo sperare debetis, & sic præmium citè multo maius.

6.
Inimicis
gratui dare
bona fortuna.

SED quoniam mutuum petens, eo ipso quod petat, sese humiliat ac subicit, SEXTVS actus erit GRATIS etiam illis, & Eleemosynæ nomine id eis DARE, quo indigent, ut eorum miseria subleuetur, etiam si id non petant. Sic enim, inquit, eritis filii altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos; & ex sola misericordiã nostris miserijs prospicit; & etiam non petentibus remedium sponte offert & solum suum oriri facit super bonos & malos; & plus super istos & iniustos. Et quoniam suprema misericordiã est, acceptas iniurias condonare; animasque à peccato & inferni periculo eripere: in hoc perfecti excellunt, aded ex corde omnia condonando, ut iniuriarum omnium obliuiscantur, exercentes prædictos sex actus, ut eorum inimici conuertantur, Deusque eorum misereatur. & quamuis Iusti omnes per gratiam sint filij Dei: quando tamen ad eam perfectionem perueniunt, ut prædicto modo inimicis suis benefaciant, dicuntur & ipsi Filij altissimi, eò quod altissima illum perfectione imitentur, ac diuinæ ipsius bonitatis participes fiant: & ita concludit: *estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est: & estote perfecti, sicut & pater vester cælestis perfectus est*: imitantes eum in hac misericordiã, & dilectione inimicorum: quæ (teste Sancto Augustino) propria est perfectorum filiorum Dei: & eam exercentes perueniunt ad culmen perfectionis, vincentes innumeras difficultates & impedimenta, quæ in hac via occurrunt.

condonare
iniurias
magis est.

Luc. 6.36.
Mat. 5.48
In Enchir.
c. 73. tom. 3
S. Tho. 2. 2.
q. 27. ar. 7.

AD hæc omnia plurimum conferet benè perpendere vim illorum verborum, quæ Christus D. N. hoc loco repetit, cum dicit: *Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros*. Ego, qui, quia Deus sum, statim atque primi parentes peccauerunt, dilexi meos inimicos; & obtuli rem preciosissimam, quam habebam: hoc est, quod, ut illos repararem, homo fieri vellem: Ego, qui factus iam homo, hanc meam charitatem ostendere volui; & ponens animam, hoc est, vitam meam, non pro amicis tantum, sed etiam pro ipsismet inimicis, & peccatoribus. Ego, qui vos, cum inimici mei essetis,

Mat. 5. 43

Joan. 15. 13
Rom. 5. 8.

dilexi

dilexi, vocavi, & ad meum seruitium deduxi, magna vobis conferens beneficia, vt meos faceretis amicos. Ego inquam sum, qui vobis dico, exemploque meo prouoco, vt inimicos vestros diligatis. Quod si dixeritis: non apparere in eis causam & motiua, cur sint diligendi: attendite, quæ mihi fuerint motiua, vt eos diligerem, & propter eadem vos eosdem diligite. Ego illos dilexi, eò quod essent meæ creaturæ, ad imaginem & similitudinem meam conditæ, sanguine meo redemptæ, & quod bonitas & benignitas mea ad eos diligendos, beneque eis faciendum inclinat: eisdem igitur nominibus, & eisdem ob causas vos illos diligite; mea siquidem bonitas satis vobis esse debet, vt opus maius mearum diligatis; & sufficere, quod ego iubeam, aut velim; vt propterea ita fiat. Nam hac ratione diligentes inimicos vestros me ipsum diligitis, qui vester sum amicus, & in me recipio amorem, quem illis ostenditis, eumque copiosa mercede remunerabo. Licet igitur, Christiane, quam excusationem adferre potes, ne tale sequaris exemplum, præceptum obserues, & quod in eo est consilij amplectaris? si dicas diligere odientem te, esse contra naturam propensionem: attende, quod gratia Dei illam superat, iuuatque; exequi, quod illi repugnat. Dices: non promeretur inimicus meus, vt illi ego parcam; nec ille ignosci sibi potere vultat. Christus id bene est promeritus; & ipse id petit: imò, vt ignoscas, præcipit. Irridebunt me, si id fecero, irideant prius ipsum Christum, qui & fecit ipse, & idem ab alijs fieri consuluit, ac iussit. Quod si nemo audebit Christum ipsum irridere; nihili tu facias, quod te irrideant. Quod si replices nihil ille proficiet, etiam si ei remittam, sed adhuc amplius contra me insolecet: at vt minimum tibi ipsi commodabis; & forte tua ista humanitate illum permurabis; Deumque ipsum obstringes, vt tuam tueatur causam. At grauem mihi intulit iniuriam, & huculque eius signa, & reliquæ durant: sed & Christus omne genus iniuriarum sustinuit, & in hodiernum diem signa retinet infamium vulnere, quæ sustinuit: quod si honori tibi ducis in hoc opere Christum imitari: ipse te in æterna vita magnis afficiet honoribus. Quod si denique dixeris: præceptum & consilium hoc solum dirigi ad viros perfectos: valde deciperis, quia reuera loquitur cum omnibus Christianis, quos lex Evangelica, vt perfecti euadant, exstimulat. Quamobrem stude, lex prædictas Seraphinorum alas induere; eisque super totum mundum, eiusque errantia dictamina te eleuare; intentionis tuæ oculos conijciens in creatorem ac redemptorem tuum, qui finis esse debet, motiuum, & causa talis dilectionis. Quare quemadmodum aa Seraphini duabus alis velabant faciem Dei, & alis duabus velabat pedes eius, & duas alias extentas habebant, & volabant, ita debes tu duabus alis beneficiorum corporaliu & spiritualium, inimici tui caput velare: vt in tuum amorem eum accendas; id enim est, quod Sapiens suggessit: bb Si esurieris inimicus tuus, cibum il-

Dei bonitas
sufficere de-
bet ad dile-
ctionem ini-
micorum.

Christus pe-
tit Condo-
nari omnes
iniurias licet
sequatur in-
commoda.

Lex Evan-
gelica requi-
rit condo-
nationem
iniuriarum.

aa Isai. 6. 2.

bb Pr. 25. 21
Rom. 12. 20

lum; si sitierit, da ei aquam bibere, prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi, remunerans corporalem Eleemofynam, quam ei largiris, cum qua simul etiam spiritualemente valde magnam ei præbes, frigiditatem inimicitiae, & odij remouens, quam aduersum te habebat: ac proinde duplicabitur tibi merces & præmium. Sed præterea debes caput eius velare, eum protegens ac in eius periculis defendens, vitamque conseruans: etiam si, nõ desint, qui auferre illam moliantur: quemadmodum Dauid liberauit Semei, & Saul: cum milites, qui cum ipso erant, optarent, ut se de eis vlcisceretur: quare orationibus tuis debes eos protegere: ne ira Dei veniat super caput eorum.

RELIQUE duæ alæ charitatis, sunt, gaudere de prosperitate inimici, quem diligis; & eiusdem aduersitati compati: quibus duabus cooperies eius pedes, accommodando te eius affectibus, & gressibus quos tenet: ut Sancti Apostoli regulam & documentum sequaris, quæ dixit: *concedendum esse cum fratribus, & gaudendum cum gaudentibus*: quando scilicet inimicus tuus, ob aduersos casus flet: tu etiam cum eo fleas, cupiens ipsum à miseria liberare; quod si moriatur, id etiam grauitè ferre, eiusque mortem deslere debes, sicut Dauid Saulis & Absalonis, à quibus graues persequutiones sustinuerat, mortem defleuit. Quando autem ille ex prosperis suis rebus gaudet, debes ei congratulari & gratulari; & iuuare, ut eius prosperitas sumat incrementa. Debes quoque eius pedes velare, hoc est, defectus tegerè, non manifestans inimicitias eius, prauosque gressus contra te; sed eos dissimulare, & optimo quo poteris modo excusare, quemadmodum ipse Christus eos excusauit, à quibus fuerat cruci affixus, dicens, eos *non scire, quid facerent*: charitatis enim proprium est, (ut scriptura ait) *et uniuersa delicta, vel* (ut S. Petrus dixit) *multitudinem peccatorum operire.*

DENIQUE duas alias alas charitas habet semper expansas, quasi parata, apertis vlnis excipere suos inimicos, eisque ex corde condonare; magnaque promptitudine illos quærere, ut bene illis faciat: non se paruum ostendens, nec brachia sua, aut alas complicans, cum inimicus sponte ad ipsum accedit, quemadmodum fecit Dauid cum Semei, cum ille culpam suam deprecaretur, & peccatum simul agnosceret ob iniurias ipsi Dauidi illatas. Nam cum Dauidis ipsius Duces impedire vellent, nõ ei ignosceret; opposuit se illis Dauid, & liberaliter iniurias illi omnes condonauit. Sed multò melius rem hanc Seruator noster exposuit S. Petro interroganti: *Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies?* respondit enim IESVS: *non dico tibi usque septies, sed usque septuages septies.* Existimabat enim Apostolus, satis fortè esse, si alas suas expansas, & apertas vlnas haberet ad eum septies recipiendum, à quo fuisset offensus; quod si ulterius offendendo pergeret, expedire, vlnas suas complicare, & veniam offensori negare. Sed

mendi

1. Reg. 14. 7.
2. Reg. 16. 1.

Compatri o
portet ini
mico in ad
uersitate.
cc Ro. 11. 13

1. Reg. 1. 17.
2. Reg. 18. 33.

dd Luc. 23.
34.
co Pr. 10. 12.
ff 1 Pet. 4. 8

Quis que
propriu esse
debet ad is
donandum.
2. Reg. 19. 23

gg Matt. 18
21.

mundi Saluator non approbat terminos, & limites in remittenda culpa offensoris, sicut neque ipse Deus D. N. terminum aliquem ponit, vt qui milles hostem suum in gratiam accipiat, si milles ille ad veniam & gratiam suscipiendam se disponat: propterea enim varijs inspirationibus eum vrget, ac monet, vt conuertatur: quia ipse cupit ei ignoscere: milleque beneficia in eum conferat, vt odio, & inimicitia depositis, fideliter ei seruire velit, qui tot in ipsum bona confert: & cum à suis inimicis cruce esset affixus, voluit manus suas extensas esse, ligno que affixas, sic ostendens, quod in se esset, nunquam se pratermissurum excipere & complecti, culpam suam deprecantem.

CAPVT VII.

CONSILIA CIRCA PURITATEM INTENTIONIS
in aduocibus nostris, & nominatim in Eleemosynis, Ieiunijs, & Orationibus: sublati inanis gloria occasibus.

ADMIRANDVS est noster magni consilij Angelus, quod velit consilij suis propositis efficere seruos suos tanquam Angelos in modo faciendi opera sua, atque si non degeret inter homines, nec ab illis aspiceretur. Vult enim, remoueri occasiones, quæ hinc oriri possunt amittendi præmium, quod propter talia opera promerentur. Et quoniam magis ordinaria & honorifica opera inter Christianos sunt Eleemosynæ, & misericordiæ erga egenos; orationis & cultus ipsius Dei; pœnitentiæ, & mortificationis externæ. quæ nos ipsos in officio aliàs continent: in his, in quâ tribus actionum generibus, consilia dare voluit magnæ perfectionis, vt intentionis puritas in eis seruetur: quæ intentio, quod in huiusmodi operibus non lædatur ordinariè, ex eo quod voluptates, aut diuitiæ; sed inanes honores quærantur: luadet ipse, secretum in eis faciendis seruandum, & à communi, & publico conspectu recedendû, vt inanis gloria vitetur: obiter tamen multa alia præbet consilia ac documenta circa trium harum virtutum perfectionem. De quibus, quod in præcedentibus tomis fufius est actum, ea nunc solû adferemus, quæ ipse Christus D. N. hic nos docet: attendite, inquit, ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. Cum ergo facis Eleemosynam, noli tuba canere ante te sicut Hypocrita faciunt in synagogis. Sin vicis, vt honorificentur ab hominibus. Te autem faciente Eleemosinâ, nesciat sinistra tua, quid faciat dexterâ tua: vt sit Eleemosynâ tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cum oratis non eritis sicut Hypocrita, qui stant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab homi-

Sine termino
no cõdenã-
da sunt in-
iuria.

Intentio va-
sta in omni
opere bono
requiritur.

Mat. 6 1.

bus. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut Hypocrita tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito. Hæc omnia sunt verba nostris saluatoris, in quibus aliqua sunt præcepta, & aliqua consilia. Præceptum est, ne opus faciamus, & præcepta Dei seruentur, ut vanè inde ab hominibus laudemur, & honoremur. Hoc enim est laborare inaniter, & absque villo commodo, aut alio præmio, quàm ipsius humanæ laudis. Consilium verò est, ut huius inanis gloriæ occasionem fugiamus, quando aliquod eius periculum imminet. Nam alioquin huiusmodi bona opera, publicè & coram hominibus facere non est esse malum: potius personæ publicæ & perfectæ possunt, ac meritò debent, ea opera publicè facere: nõ ut ab hominibus honorentur; sed ut *videntes* (quæ admodum Christus dixit) *opera vestra bona glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*; eoque exemplo ac similia faciendâ animentur. In qua re (ait Sanctus Augustinus) non debent huiusmodi viri esse pusillanimes ac timidi: nam si times spectatores, non habebis imitatores. debes ergo videri: sed ad hoc debes facere, ut videaris. Et tunc opus quidem tuum erit publicum; sed intentio manebit secreta. Tyrones autem, & qui adhuc debilem habent virtutem, & lentiunt vanitatis tentationes; sequè periculo exponi locum ei dandi: hi, inquam, sequi debent Saluatoris consilium, ut sonat litera; & studere, quantum in ipsis erit, ut ad opera, quæ ex se non exigunt locum publicum, eligant secretum: non quod non liceat in publico facere; sed quòd, attenta facientis debilitate, ei non expediat, in quam rem magno vsui sunt tria insignia documenta, quæ hic Saluator insinuauit.

Vanam gloriam querens laborat inanis.

b Mat. 5. 26

Tract. 8 in Epi. Ioan. 9.

Dei presentia semper ante oculos habenda.

PRIMUM est, ut omnes, siue perfecti sint, siue imperfecti, animæ oculos & ipsam intencionem in Dei viui præsentiam, in omni loco publico & secreto existentis, rectâ conijciant, optantes, ita opus facere, ut soli illi placeat, quasi solus esset in toto mundo. Perfecti autem, quamuis in medio foro & multis hominibus circumdati versentur, non tamen propterea præpediuntur, quo minus rectâ Deum suum respiciant. quòd si inanis gloriæ cogitationes occurrant, facile eas repellunt: ideoque securi sunt, etiam cum publice bona opera faciunt. At imperfecti, & Tyrones, cum attendunt se ab hominibus aspici, facile præsentia Dei obliui, illos sequuntur. Quare & facilius & tutius in abscondito Deum inueniunt, quàm in publico. ideoque illis expedit, occasiones fugere peritatem suæ intentionis maculandi.

AD EODEM dirigitur secundum documentum: ne indicia, aut singularia externa signa dent bonorum operum, quæ faciant. Quamuis enim alijs liceat: ipsis tamen non expedit quia occasio est, & periculum labendi;

in Hypocrysim. Illa enim singularitas, instar tubæ alicuius est, vocantis alios ut ipsos aspiciant, & laudent; aut ut vanitatis tentatio oriatur. quam obrem Christus D. N. dixit: *cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te.* significat enim, ut aduertit S. Petrus Chrysologus) elemosynam, in qua huiusmodi instrumentum inflatur, non esse pacis, sed belli; non pietatis, sed turbationis: prouocat enim contra se hostes, qui ipsum expugnent, & elemosynæ eius fructum deprædentur. Et, si exacte res examinetur, depræhendetur, non facere verè misericordiam; sed eam vendere pro precio laudum oblatarum. Et eandem ob causam dicit idem Dominus, *quando ieiunas, aut alia facis opera pœnitentiæ ex speciali tua deuotione, ne singularia aliqua eius iudicia præbeas in facie, aut in corpore; nec talis tua sit pœnitentia in publico, ut reliquis aspicientibus adferat admirationem: quia id totum est vanitatis tuba.* Potius igitur in alterum extremum inclinare stude, signa edens hilaritatis, vngens & lauans faciem tuam, & affabilem illam præbens. Ut autem exterior hæc species (ait S. Basilius) non sit ficta, sed reuera ex interiori affectu & intentione nascatur: vnge spiritum tuum oleo deuotionis; tuamque conscientiam à culpis ablue, ut vera sit cordis lætitia. Et quamuis caro naturæ ferentia ieiunium, ac disciplina tristetur: dissimulanda tamen tristitia illa est. & spiritus lætitiâ vincenda: aut certè (ut S. Chrysostomus ait) si ieiunium aliquibus signis se ipsum prodat: ne ipsius ieiunij signa edas, nec tamen propterea tristitiæ signa prohibentur, quæ approbat Ecclesia in ieiunijs à se institutis. Hæc enim, quod omnibus sint communia, non ita vanitatis occasionem adferunt, sed potius humiliationem nutriunt.

SE D vltius progreditur Saluatoris nostri documentum, cum ait: *cum facis elemosynam, (& idem est de quocunque alio bono opere) nescias sinistra tua, quid faciat dextera tua;* quasi dixerit: non sit tibi satis, quod publicum fugias locū, & tua opera hominibus occultes: sed etiam cum es in occulto, & ab eis remotus, stude te ipsum etiam fugere, ac tui operis obliuisci. ne tibi ipsi complaceas, & ex ipso opere euaneicas: sed vigila, (ut ait S. Augustinus) ne rectæ Deo placendi intentioni, minus rectus alius finis admisceatur inanis complacentiæ. Quare necesse est, ut manus tua dextra superior scilicet spiritus portio noverit opera, quæ agis, eaque dirigas ad vltimum suum finem, qui est Deus. Ne tamen huius rei certior facias portionem tuam inferiorem, hoc est, carnem ad malum propensam; nec cum ea conferas, quid tibi sit agendum: certo enim male tibi consulet, milleque repugnantij & contradictionibus te replebit; aut rationes comiscebit terrenas: ut te ipsum potius quæras, quam Deum. Ita igitur opus tuum perface, quasi illa omnino non esset conscia; sed solum attendas ad id, quod Deus vult. Ad hæc: studere ne manus tua sinistra sciat, quid faciat dextera, hoc significat: ne multum la-

*Cauenda
signa singu-
laria boni o-
peris.*

*Homil. i. de
ieiunio.*

*Homil. 15.
imperf. in
Matth.*

*3.
Fugienda
complacencia
sua in o-
pero bono.
Luce. de
ser. Dom.
Mon. cap. 5.*

2 Philip. 3. 33

2 Psal. 76. 11

bones in aspiciendis bonis operibus tuis cum periculo alicuius propriæ ex eis complacentia; sed potius exemplo Apostoli. *c qua retro sunt, hoc est, que hæcenus fecisti, oblitiscens: ad ea quæ sunt priora, & recentiora, te ipsum extendas:* Satis enim est, Deum nosse, quæ tu facis, vt eius dextra manus te adiuet ac remuneret. Quotidie igitur cum Dauide dicebatur tibi est; *d nunc capis Deo seruire: nec præteritorum rationem habeo, nec eorum recordor: sed hic est mutatio dexterae excelsi, hæc inquam cordis mei mutatio, & recens ad perfectionem assequendam anhelatio, non mea est; sed dexterae Dei, quæ ad eam concipiendam, & procurandam me impellit, & confortat.*

CAPVT VII.

CONSILIUM NON IVRANDI IN COMMUNI *hominum conuersatione; & reuerentia sanctissimi Dei nomini exhibenda.*

1 Mat. 5. 34

Iacobi 5. 12

ALIVD MAGNI momenti documentum dedit suis discipulis Supremus noster Magister, ne Scribarum & Phariseorum deceptionem sequerentur, qui gloriabantur, quod passim iuramentis vterentur, existimantes, hac ratione se magis Dei nomen honorare, si frequentissime illud ore suo proferrent. *Audistis, (inquit) quia dictum est antiquis: non periurabis. Et cædes autem Domino iuramentatum. Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cælum: quia thronus Dei est; neque per terram: quia scabellum est pedum eius; neque per Ierosolymam: quia ciuitas est magni Regis; neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum, album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est.* In his Christi Domini verbis aliquid proponitur ex præcepto, aliquid ex consilio seruandum. Nam iuramentum interdum est illicitum, interdum autem potest esse licitum: sed non expedit illud adhibere, interdum autem potest esse licitum, & expedit illo vti: est autem non modice prudentiæ, & scientiæ; nosse medium tenere in re aded varia & perplexa.

I.

b Gen. 22. 16

Esa. 13. 11.

c Apo. 10. 6.

d Ge. 14. 22

e Rom. 1. 9.

De Hæreticis e. Exco.

municamus

In Synod.

Ephesin.

f Ierem. 4. 2

g Ibo. 2. 21

q. 83. a. 3.

PRIMUM negari non potest, aliquando licitum esse, ac sanctum iuramentum adhibere: cum ipsemet Deus *h per semetipsum iurauerit, & c Angeli, antiqui Patriarchæ, sancti & Apostoli,* etiam iurauerint, & in lege veteri in aliquibus casibus per mittebatur iuramentum; & Catholica Ecclesia idem approbat, imò etiam in aliquibus iubet, præcipue cum hæreticos penitentes recipit ac reconciliat. Sed vt iuramentum sit licitum & conueniens, adesse debent tres illi socij, quos Ieremias *f Veritatem, Iustitiam, & Iudicium* appellat. VERITAS tunc adesse censetur, cum iurans, verum esse existimat id, quod iurat: IUSTITIA, cum non promittitur aliquid mali, nec causa, cur iuratur, est iniusta: IUDICIUM, quod est virtus prudentiæ, tria alia complectitur, *Necessitatem, Reuerentiam, & Considerationem.* NECESSITAS tunc adesse cen-

ferur,

setur, cum id, quod iuratur, non potest alio modo sufficienter probari: cum tamen ad proprium iurantis, aut ad proximi bonum, multum referat, ut probetur: quare iurandi causa aut charitas esse debet, aut iustitia, aut misericordia: erit autem securus, si etiam obedientia accedat: ut scilicet, qui potest iuridice imperare, aut petere iuramentum, id faciat. **REVERENTIA** in eo est posita, ut sanctum Dei nomen cum ea decencia, qua tantus Dominus dignus est, nominetur. Nam iuramentum (ait S. Thomas) est actus virtutis Religionis, quo Deus honoratur; & confitemur, ipsum esse veritatem infalibilem, testemque supremum: quem ad nostra dicta, & promissa confirmanda, & vera esse ostendenda, adducere possumus, cum igitur vilis vermiculus, tanti Dei auctoritatem adhibet, non debet nomen illud ore suo, nisi summa cum Reuerentia proferre: esseque rationi omnino contentaneum, ut, cum illud profert, caput suum aperiat; aut etiam genua flectat, ut & animam puram, & ore mundo tantum nomen proferat. Ac propterea (ait S. Hieronymus) prohibuit Deus Israelitis *g iurare: vni Dominus: quod linguas suas haberent* factas usu, & consuetudine iurandi per idola. exiguae enim reuerentiae esset, nomen adeo purum & sanctum linguis adeo sordidis proferri. **CONSIDERATIO** in eo adhibenda est, ut iuramentum non precipitanter ex alicuius passionis impetu, aut caeco, aut inadertenter proferatur; sed tranquille, & animo pacato; & praemisso examine, an omnia praedicta adsint; ut iuramentum recte fiat, nam, quavis illorum circumstantia deficiente, erit illicitum, & male iurabitur. peccatum autem erit grauius, quod conditio, aut circumstantia, quae deest, maioris erit momenti. Et quoniam adeo difficile, omnia seruare, ut oportet dixit Saluator: *nolite iurare omnino*. In quo duo praescribit, in omni genere iuramenti seruanda, siue per ipsum Dei nomen, siue per creaturas fiat. Et primum quidem constituit, sub praecocepto prohibens (ut S. August. explicat, quem sequitur S. Thomas) facile, & frequenter iurare: ad quod ex se id sit malum contra reuerentiam nomini diuino debitam; & periculosum, praebens occasionem periuriorum, & iniusticiarum, & grauium aliorum peccatorum. Vtraque causam coniunxit Ecclesiasticus, dicens: *h iuratori non assuescat os tuum, multi enim casus in illa nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum, rerumque sacrarum, non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Sicut n. seruis interrogatus & verberibus assidue exceptus a huore non minuitur: sic omnis iurans & nominans, in toto a peccato non purgabitur. Vt multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga. Damnat itaque Ecclesiasticus exiguam reuerentiam, in Dei nomine cum iuramento, aut sine illo usurpando frequenter ac temere. Et alibi aliam addit rationem scandali & horrois, quam adfert dicens: *in loquela multum iurans horripilationem caput fiatuet: & irreuerentia ipsius obdurataque aurum, verè enim capilli capitis viri iusti eriguntur & pleque tremunt, cum**

huius-

Non sine
necessitate
iurandum
est.
Reuerentia
est iuran-
dum.

g Ose. 4. 15.

Considera-
tione pra-
missi iuram-
dum est.

2.

Lib. de Me-
dicio c. 15
de ser. Dom.
in mon. c. 10
Tom. 4. 2. 2
q. 89. a. 2.
ad 1. c. 4. 5
h Eccl. 23. 9

Eccl. 27. 15

Serm. 65. in
Cant.

Supra art. 5.

De nomin.
Hebraicis.
S. August.
Tract. 4. in
Ioan.
k Mat 5. 37
Lib. 1. de ser.
Dom in
mont. c. 30.
Tom. 4.

Non sine
gravi dam.
no iures vi.
spiritualis.

Apud S.
Thom. in
Iacob. 5.
Iacob. 5. 12
S. Aug. epist.
154. ad Pub.
in Zach. 5. 1

huiusmodi iuramenta audit; ideoque aures etiam suas obturat, ne audiat
 ALTERVM, quod Saluator noster commēdat; est per modum con-
 filij: (vt S. Bernardus aduertit) vt scilicet discipuli eius, qui meritò debent
 perfectionem profiteri, quod in ipsis est, nullo modo iurent, nec ad id pro-
 pendeant, nisi urgente aliqua necessitate, cui sint obstricti, cogantur. Tum
 quodd iuramentum (teste S. Thoma) debet esse instar medicinae, quae non su-
 mitur, nisi ad morbum depellendum, & cum aliter fieri non possit: tum
 quodd meritò debeant vitam suam excellenti adeò sanctitate instituerē, vt
 vel simplici eorum verbo fides meritò adhibeatur. Quare nusquam teg-
 tur, quod ipse Saluator iurauerit: nam verbum illud, Amen, An, en, quo in-
 terdum utebatur, non erat iuramentum, sed (vt ait S. Hieronymus) idem si-
 gnificat, quod verè, verè dico vobis. ideoque dixit: *k si sermo: ester est, est
 non, non: & quod abundantius est, a malo est.* quasi dixerit: (vt explicat Sanctus
 Augustinus) nihil vos addere debetis, si autem addendum aliquid fuerit, id
 proveniet ex miseria, aut malitia proximi, ad id vos urgentis: eò quodd non
 velit aliàs dictis vestris fidē adhibere. Ratio huius est, eò quodd Christus D.
 N. adeò perfectos velit nos esse, vt firmo decreto apud nos constituerimus
 nunquam mentiri, aut alios decipere, alicuius commodi etiam totius mun-
 di intuitu; nec timeamus, aut suspicemur, reliquos Euangelij ipsius secta-
 tores velle mentiri, aut nos decipere. Et hac ingenua dispositione, & opi-
 nione habita, non est opus iuramento: quare, qui in communi conuersatio-
 ne & familiaritate iuramentum ab alio exigit, ostendit, se de eo tam bonam
 opinionem non habere; nec certum esse, quod alter non velit ipsum decipere,
 nisi adhibito iuramento. Quando autem ex hoc nullum aliud dam-
 num sequitur timeretur, quam, quod ipsius dictis fides non adhibere-
 tur; aut ipsum damnum esset eius proprium, a quo exigitur iuramentum: est
 multo melius, vt vir grauis & spiritualis iuramentum non adhibeat; sed Sal-
 uatoris consiliū, vt litera sonat, sequatur: nam, si omnes, quibuscum ille
 agit, sciant, & aduertant, ipsum in communi sua conuersatione & colloqui-
 nunquā iurare: facilius fidem ei adhibebunt; nec iuramentū exigēt. Ex quo
 cum S. Augustino concludo: Iuratio falsa, perniciofa; vera periculosa: nulla,
 secuta; modo iam explicata. Ac propterea S. Iacobus adeò rem exaggerauit,
 vt dixerit, *ante omnia, fratres mei, nolite iurare, quodcunque iuramentum, ut non
 sub iudicio decidatis, ne scilicet ab vno iuramento in aliud labentes, ad perni-
 ciosum aliquod peruenjatis, & in Dei iudicio damnemini. Quam autem sit
 iudicium illud tremendū, & horrendus casus ille; ostendit Deus Zachariae
 Prophetae, in m quodam volumine volante, instar membranae, in quo scripta
 erant peccata peierantium, & eorum supplicia, quod venit ad domum iurantis
 h; nomine Dei mēdatuer, & consumpsit eam, & ligna eius, & lapides eius. Vt fufius
 diximus*

diximus

diximus tomo secundo tractatu quarto, capite vndecimo.

Nec sine mysterio, cum Christus D. N. iuramentum prohibuit, non fecit mentionem iuramenti, quod fit ex parte per nomen Dei; sed expressit, quod fit per creaturas, & quidem nominatim per quatuor, per quas Iudaei iurare consueverant. Ad huius rei causa fuit: quia, qui verbum iurandi exprimit in eo includit nomen Dei: idem est enim IVRO quod Deum in testem adduco. Sed expressit Christus iuramenta, quae fiunt per creaturas, ne iurantes parvi illa facerent; declaravit enim etiam in illis includi auctoritatem & potestatem Dei, per quem precipue iuratur. Nam iurare per caelum, aut per terram, est iurare per creatorem, qui in caelo est, tanquam in throno suo; & in terra, tanquam in strato vel scabello; & iurare per templum, aut civitatem sanctam, est iurare per Regem aeternum, eidem assistentem; & iurare per caput tuum, est iurare per supremum eius gubernatorem, a quo illud suum recipit esse; & capilli eius, quod sint albi, aut nigri: quod si male iures, descendet super caput tuum malum, quod facis. Obiter autem docuit nos etiam, non esse iurandum per creaturas, quae tales sunt: id enim esset genus quoddam idololatriae, quasi poneretur in eis aliquid diuinitatis, siquidem (vt Apostolus dixit) non homines per maiorem sui iurant: vt eius testimonio confirmet, quod ipsi proprio suo non possunt. Quare Deus D. N. iurat per seipsum: eo quod te maiorem non habeat, per quem iuret. dum autem per creaturas iuramus vt legitime id fiat, respicere debemus ad aliquid nobis maius, quod in eis elucet. Ideoque grauissimum peccatum est iurare per daemone[m], Antichristum, aut Mahometem eo quod tunc videamur protestari, esse in eis altius quiddam, & quasi diuinitatem. Ac propterea Deus prohibuit Hebraeis o per nomina externorum Deorum iurare, vt neque audiretur ex ore eorum.

CAPVT IX.

CONSILIVM DE VOVENDO DEO D. N. & ratio id cum perfectione faciend.

ALIVD CONSILIVM Evangelicum excelsae perfectionis promissivum & votorum, quae D. N. offeruntur: quae etiam sunt actus virtutis Religionis, sicut ipsum iuramentum: quamvis inter sit, quod Religio non inclinatur ad iurandum, nisi in casu grauis necessitatis, vt iuranti fides adhibeatur, vt haecenus diximus: ad Votum autem inclinatur propter ipsummet. Nam (vt ait S. Thomas) ex se ipso est actus sanctus valdeque laudabilis promittere Deo aliquid, quo reuerentia & honor illi exhibetur: quilibet enim honor, adoratio, & cultus illi in primis debetur ob infinitam eius excellentiam. Ex quo duplex Voti excellentis proprietates oritur. Altera est, quod opus alioqui bonum eleuet ad maiorem

3.
S Tho. 2.2.
q.89.a.6.
iuraro est
Deum p se
stem addu
cere.

Non est iurandum per creaturas.
n Heb. 6.16.

Iurare per daemone[m] grauissimum est peccatum.
o Exo. 23.13

Votum actus est virtutis.
2.2. q.88. a. 5 & 6.

Votum bonum magis bonum facit.

2.

2. 2. q. 81. a. 6. c. q. 88. art. 6.

Votum roborat virtutem.

5 Tho. 2. 2. q. 89. art. 8.

3. Spiritu sancto inspirante vota fiunt.

2 Ps. 75. 12.

b Isa. 19. 21.

Tract. 2. c. 5

Tract. 3. c. 5

Tract. 5. c. 11

c. 11.

bonitatem & meritum, quam sine voto ex se ipso habuisset. Id quæ ob præstantiam finis, quem virtus religionis addit: quæ, cæteris moralibus virtutibus excellentior est. Quare quodcunque opus bonum ex voto factum, ut ibidem sanctus ait, est magis meritorium: quam si fieret absque voto. Altera proprietas est, quod virtuti, ac reliquis Evangelicis consilijs firmitatem addat. Et si enim votum sit materia consilij, illud quæ edere aut non edere liberum sit: ubi iam est editum, quod alias erat sub consilio, transit in præceptum, magnamque addit obligationem, ut obseruetur. Quare votum simul continet in se bonum consiliorum & præceptorum. A consilijs habet liberalitatem & ingenuitatem animi; qua offert se, cum posset se non offerre; & ipse se obstringit, ad id præstandum, ad quod Deus ipsam non obstringebit. A præceptis habet stabilitatem & firmitatem: ne retrocedatur, aut, quod promissum est, negligatur: nisi enim votum fuisset additum: facile fuisset omissum. Quare non raro vota etiam iuramentis confirmantur, ad maiorem ipsorum firmitatem. Si enim iuramento firmanur, quæ hominibus promittuntur, certi sint, nos impleturos, quod promittimus; cur non liceat eandem firmitatem ijs addere, quæ Deo promittimus; ut in eis exequendis firmiores simus, & constantiores? id quæ se duplici nomine: tum ob fidelitatem, quam Deo D. N. debemus, cuius amplitudo & maiestas promeretur; ut, quod ei promissimus, impleamus: tum ob reuerentiam sancti Timothei eius nomini debitam, quod in testem adduximus, quod promissum nostrum esse impleturi.

Hinc tertia oritur votorum excellentia, quod ab Spiritu sancti inspiratione dicuntur, qui quod suadeat, & ad melius impellat, inspirare solet: ut huiusmodi promissa sibi fiant, offerenti gratiam & auxilium suum ad ea implenda. Et Scriptura sacra sæpè nos ad id exhortatur, dicens: *Vouete, & reddite Domino Deo vestro.* Et in antiqua lege fuerunt vota in magno usu: erantque singularia monita ac documenta de eis: in Evangelica autem, quæ lex est perfectionis, sunt adhuc frequentiora iuxta Ilaicam prophetiam, dicentis: *In die illa colent Dominum: in hostijs & muneribus: & vota vouebunt Domino, & soluent.* Ut autem honor hic præstantior sit: non solum vota fiunt de rebus facilioribus & ordinarijs, qualia multi seculares edunt; sed etiam de rebus amplissimis & altissimæ perfectionis, quales sunt castitas, & paupertas voluntaria, & aliæ similes: ad quas idem Evangelium exhortatur, ut ostendatur in sequentibus Tractatibus, in quibus fusiùs explicabuntur excellentiæ oblationis huiusmodi votorum.

Nunc in genere tantum conditiones insinuabimus, quibus fieri debent: ne tantæ perfectionis consilium in nostram vertatur perniciem, non rectè & ut oportet executioni mandatum.

Hæc conditiones ad eas reduci possunt, quas posuimus de iuramentis: ad veritatem

veritatem scilicet intentionis standi promissis; ad iustitiam rei, quæ promittitur, causam & motum promittendi; & iudicium prudentemque considerationem eius, quod promittitur. Quod totum complexus est Ecclesiastes grauissimis his verbis: *ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo: Deus enim in caelo, & tu super terram. idcirco sint pauci sermones tui: si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Sed quodcumq; voveris redde: multoq; melius est non vovere, quam post votum promissu non reddere. Ne dederis os tuum, ut peccare facias: neq; nomen tuum, neq; dicas coram Angelo: non est providentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dispiciat cuncta opera manuum tuarum.* Hoc totum quod Ecclesiastes dixit, potest (vt ait S. Hieronymus) applicari ad verba, quibus aliquid Deo promittitur: quæ ait, quin; has circumstantias habere debere: ne temerè proferantur, ne præcipitata sint, ne nimia, ne infidelia, neque stulta. Stulta appellantur, quæ sunt de rebus malis, aut inutilibus, aut impossibilibus; aut quæ maius aliud bonum, quod est de consilio, magisq; Deo acceptum, impediunt. Et eadè sunt infidelia, quia nõ possunt, nec debent impleri: eò quòd Spiritus S. cui offeruntur, aduersentur. Is enim semper inspirat, quod bonum est, quod utile, & quod fieri potest. Et quæuis non semper omnibus inspirat, quod melius est: vult tamen non poni obicem suæ bonitati, si forte id inspirare voluerit. Ideoq; non impellit quemquam ad ea vota edèda, quæ maioris nostri profectus viam obstruunt: qualia essent, ineundi matrimonium; non amplecti statum religiosum, non facere eleemosynam: & similia.

ETIAM censetur, stulta promissio, quæ fit confusè, cum in particulari non scitur, quid erit bonu, aut quid erit malu: eù in modu, quo Herodes d cū iuramento pollicitus est filie Herodiadis dare ei quodcumq; postulasset ab eo: quæ tamen petijt caput Ioannis Baptistæ. Et Iephte, e qui votum vovuit Domino holocaustum offerre, quod primum reuertenti occurreret ex domo sua: occurrit autem ei prima virginitas eius filia. Huiusmodi autè promissa merito appellantur infidelia eò quòd impleri non debeant: quare vterq; prædictorū peccauit implens, quod promissit: quãuis magis adhuc propriè infidelia dicuntur, quæ sunt de rebus bonis absq; animo ea implendi; aut re ipsa suo tempore non implètur; aut ita fiunt, vt in ipsa expletione sit defectus. Aliquãdo quidè, eò quòd promissio fiat prope, & tumultuarie, absq; debita cõsideratione: ita vt vouens impetu quod nõ à Deo, sed à proprio spiritu, aut aliqua passione, sese præcipitet ad vouendum. Aliquando autè temerè ex nimia arrogantia & occulta superbia offerendo sese ad plura, quam iuxta vires suas possit implere. Aliquando denique eò quòd tam multis votis sese quis oneret; vt prudenter agendo, non possit omnibus satisfacere. Hæc omnia cõplexus est Salomõ dicens: *frivola est homini denotare vel denotare sanctos, & post vota retrahere: quasi*

cEccles. 5.

In eundem locum.
Stulta sunt vota verum malarum & impossibilia.

d Mat. 14. 7
Votum in confuso editum stultum est.
c Iud. 11. 30.

f Pro. 20. 25

Vota facta
festinanter
nil profunt
homini.

g Eccles. 5.5

h Baru. 6.34

Deut. 23.21
Vota Deo
facta im-
plenda sunt.

Lib. 4. in
Luc. circa
caput eius
20.

Serm. 3. de
Natiu. qui
est septimus
de tempore

dixerit, sicut qui deuorat, aut deglutit cibum festinanter, ei non prodest, & sæpè etiam euomit; ita qui propere facit, aut deglutit multa vota sanctis (quod faciunt aliqui scrupulosi, aut indiscreti, siue imprudentes) ei non profunt, sed potius occasione sunt ruinæ maioris: statim enim eos pœnitent, & vota retractant, nec implent. Hoc amplius adhuc explicat trãslatio Septuaginta Interpretum, dicens: *Muscipula est uero, celeriter aliquid suorum consecrare: nam post votum continget pœnitere, & ex zelo maioris perfectionis, in laqueum incidit lacrilegij, quem demon supposuit ad maiorem talis uouentis ruinam. nam, postquam votum edidit, tenebatur illud implere. Ac propere superius dixit Ecclesiastes: g ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam* hoc enim dicere uoluit: si agnoscis carnis tuæ imbecillitatem, ne precipitanter os tuum aperias; ut quod implere non possis, promittas. Quare cernis, te non posse castitatem seruare, ieiunium aut pœnitentiam; ne caeco & absque consideratione projicias te ad ea promittenda. Considera primùm: te degere in terra, magnis periculis ac tentationibus subiecta, Deumque cui uoues, in cœlo esse tanquam testem & iudicem uoti tui: neque existimes ei non esse prouidentiam omnium, quæ tu dicis ac facis: Deus enim noster non est sicut Dij gentium, de quibus ait Propheta Baruch: *h si quis deus uotum uouerit, & non reddiderit: id non requirunt.* aut propterea puniunt. Deus autem noster seuerissime illud exigit, ut proestatus est Moyses dicenti populo: *i cum uotum uoueris Domino Deo tuo; non tardabis reddere: quia requirit illud Dominus Deus tuus. Etsi moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum.* Cum igitur Deum decipere non possis, noli querere excusationes, aut pretextus uorum tuum non implendi, aut moras trahendi, aut sine causa sufficiente dispensationem petendi: omnium enim horum rationem exiget ipse Deus. Grauius uincula (ait S. Ambrosius) esse, promittere Deo aliquid, nec implere: strictiorem enim esse contractum fidelitatis, contractu pecuniario. Redde igitur quod promisisti, antequam ueniat exactor, teque in carcerem coniciat ob non solutum. Si autem vota tua cum prædictis conditionibus edideris ac reddideris: ipsa te extollent ad altissimam perfectionem in terra; & obtinebis splendidissimam in cœlo coronam.

CONCLVDA MUS hunc tractatum consilio illo S. Augustini: nos dulciter & confidenter uoueamus; ille dabit possibilitatem, ut reddere possimus: nam quidquid illi promittimus, de illo speremus. & fortasse interrogatis me, quid debeatis hodie uouere, & reddere? sunt enim multi, qui uouent, alius oleum, alius ceram & luminaria noctis, alius ut uinum non bibat per aliquot annos: alius ut ieiunia certo tempore faciat, alius ut carnes non comedat: non est illud uotum optimum, nec perfectum. Adhuc melius uolo, hoc est; animam tuam. quam Christus hodie redemit. Et si interrogos me,

quomodo

quomodo animam meam, quam ipse habet in potestate, ei offeram? Ego respondebo tibi, quomodo moribus Sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis. Auertendo à malo, & conuertendo ad bonum; damnando vitiū, amando Deum, diligendo proximum, impendendo misericordiam miseris, quia & nos ipsi miseri fuimus antequam redimeremur; dimittendo illis, qui in nobis peccast, quia & nos omnes sub peccato fuimus; Superbiā calcando, quia per superbiam primus homo deiectus est; abijciendo inuidiam, quia per inuidiam decepit Diabolus genus humanum. Quæ cum ita sint, erigite animos vestros, & nullus sit siue liber, siue seruus, siue ingenuus, qui non hodie Deo votum offerat, simul & reddat: quia nimis miserum est, vt Deo aliquid non offeramus de nostro, qui animam suam pro nobis posuit. Nunc itaque quicumque iram contra alterum tenet, tantum propter amorē Dei dimittat: & bonum obtulit votum. si quis consuevit iam longa diuturnitate in luxuria volutari, respiscat aliquando. & excutiat sordes suas per compunctionem, & clamet in corde suo in oratione secretius ad Dominū: pijsime Domine, misericordissime Deus, iufficiat mihi, quod huc vsque peccavi, quod contempsi, quod factoribus carnis meæ satisfeci, iam nunc te inspirante voueo, me nequitia mea conuersurum; si quis fortē detrahere semper conseruit, & aliorū actiones obloqui, nec suas respicere: voueat hodie Deo in corde suo, & dicat: hucusque de alijs dixi, me non inspexi: ego eram miserior, & alios mihi existimabam, & ideo nunc iufficit: quod peccauit lingua mea, amodò emēdare delibero. Si quis crudelem se sentit, misericordiam animi voueat Deo; si quis superbum, voueat humilitatem; si quis vino nimio est deditus, sobrietatem voueat. Et cum omnia hæc feceritis, charissimj, offeritis votum Deo placitum. Et post hæc veniet vobis benedictio; & vota vestra offerentur ante tribunal Christi. Putamus, quàm dulce est, quando vota nostra talia qualia diximus, Angeli, qui custodes vitæ nostræ sunt, ante conspectum diuinæ maiestatis obtulerint. Si aliquid offerimus homini terreno, & mortituro: & tamen speramus, nos ab illo multum recepturos, & adiunandos: si Deo autem aliquid de nostris moribus offeramus, quantum recipiemus! Hæc omnia S. Augustinus. Et quamuis in aliquibus loquatur de oblationibus, quæ non sunt promissa, aut vota, sed proposita, & firma animi decreta: est nihilominus salubre consiliū, votū se ad certū aliquod tempus ostringere ad aliqua ex his operibus exercenda, vt sic reformatur mores, mortificentur vitia, & affectiones prauæ, quæ sunt in nobis infixæ valde & radicatæ: consulendo præcipue rem, cum prudenti aliquo Confessario, cuiusq; consiliū sequendo; & reliqua documenta amplectendo quæ in sequentibus tractatibus proponuntur, in quibus in particulari agetur, de reliquis consilijs Euangelicis.

Magna pro
voti no-
stris reci-
piemus.